

Archivum Episcopatus Veszprimensis.

Acta parochialia.

II.

1~N.



Conscripsit:

PAULUS RAJCZI
parochus Ugodiensis.

1974.

I g a l .

Conscriptio parochiae. - 1733. - 41/72. ✓

Ordinatur a Cottu cōsus campanarum in Magyaratád. - 1773. - 41/75.

VAD annunciat fideles Igalenses a parochio Francisco Gál alienatos esse. - 6 aug. 1777. - 5/33. ✓

Cum filialibus suis adest in cathalogo parochiarum districtus Kaposváriensis. - 1775. - 7/4. ✓

Ciborium ecclesiae fine consecrationis transponitur. - 23 martii 1778. - 7/5. ✓

Cottus de erigenda parochia in Magyaratád. - 1782. - 41/74.

Fideles Magyaratádienses, Zmányienses, Patalomienses et Rácegresienses ob distantiam a matre Igal pro locali capellano in Magyaratád introducendo supplicant. - 7 jan. 1803. - 16/45. M. ✓

Reversales de fundo instructo. - 1804. - 16/46. P. ✓

Michael Zámbo parochus lapidem portatilem sibi submitti petit. - 30 aug. 1809. - 16/47. (2)

Pro vacante parochia Comiti Batthyány propositi sunt Iosefus Ács, Stefanus Bán et Ignatius Farkas. - 24 martii 1812. - 26/6. ✓

Ignatius Farkas investitus. - 13 oct. 1812. - 26/7. ✓

A vidua Jankovichiana integra colonialis sessio, domus parochialis et congrua ludirectoralis intertio pro casu neo-erigendae in Magyaratád parochiae ea sub conditione resolvitur, si huic ut filiales jungerentur Patalom, Zimány et Rácegres. - 6 jan. 1815. - 26/8. P. ✓

Accommoda pro introducendo capellano habitatio praesto esse significat VAD. - 23 jan. 1815. - 26/9. ✓

Documenta litteraria negotium neo-erigendae parochiae Magyaratádiensis concernentia. - 27 febr. 1815. - 26/10. M. ✓
P.

VAD effectum commissionis suae circa erigendam in Magyar-
atád parochiam refert. - 12 martii 1815. - 26/11. ✓

Ignatius Farkas parochus ecclesia Ráksiensi ruinam minan-
te cooperatorem a latere suo dimoveri petit. - ^{26/12}
1816. ^{dec. 14.} ✓

Parochus intertentionem capellani penes totalem per Ráksi-
enses agrorum cultivationem et pendendos e Fundo Religionis
150 Flros sibi non fore onerosam significat. - 3 martii
1817. - 26/13. ✓

Provisor Karádiensis de desolato statu ecclesiae Ráksien-
sis relationem facit. - 31 oct. 1817. - 26/92.

Ignatius Farkas ut rebus suis consuleretæ resignante, pa-
trono proponuntur: Franciscus Pintér, Michael Horváth et
Joannes Kéry. - 31 aug. 1820. - 26/14. ✓

Differentiae quoad divisionem inter Franciscum Salamon ad-
ministratorem et Ignatium Farkas. - 1820. - 26/15. ✓

Communitas Ráksiensis pro capellano instat. - 15 dec. 1824.
41/31. ✓ M.

Fideles Ráksienses fine disponendi capellani supplicant. -
In sequelam recursus Eppus parochus Igaliensi intertentionem
capellani cum 1-a Nov. ad eundem mittendi injunxit ea cum
modificatione, ut disponendus illuc capellanus a parochus
30 Fl, ex cassa Dominicali Karádiensi 60 Fl percipiat. -
6 julii 1826. - 41/32. ✓ M.

Ráksienses pro resolutio capellani ad se disponendi gratias
agentes eundem quo ocyus ad se resolvendi orant. - 9 oct.
1826. - 41/33. ✓ M.

Martinus Hornók capellanus pro exolutione solutionis suae
per Eppum adauctae supplicat. - 24 maji 1827. - 41/34. ✓

Reflexiones parochi in visitatione paterna propositae. -
28 maji 1828. - 41/35. ✓ M.

I h a r o s .

Posset erigi parochia in loco secundum projectum neo erigendarum parochiarum in Cottu Simighiensi. - 7 martii 1735. - 5/1. ✓

Franciscus Borsfay parochus pro facultate statuas Joannis Nepomuceni et Floriani Sanctorum, duo item coemeteria et capellam in Liszó aedificatam benedicendi instat; petit facultatem judaeam certam baptizandi; exponit excessus acatholicorum ministrorum. - 29 junii 1759. - 7/48. ✓

Franciscus Borsfay parochus petit facultatem interea donec capella S. Annae ampliata et adparat fuerit, divina servandi in residentia Inke. - 28 maji 1762. - 7/49. ✓

Franciscus Borsfay parochus refert statum aedificandae suae ecclesiae, necnon et excessus acatholicorum ministrorum. 28 junii 1766. - 7/50. Vide etiam 41/93. ✓

Franciscus Borsfay parochus desideranda super instantii suis ratione regulationis parochiae suae, excessuum per acatholicos perpetratorum, ac combustae ecclesiae suae Altissimo Loco per se exhibitis, informatione tueri petit. - 14 martii 1774. - 7/51. ✓

Cum filialibus suis adest in cathalogo parochiarum districtus Segesdiensis. - 1775. - 7/3.

Carolus Inkey pro tribus in privilegio suo emanatis diebus in capella sua domestica Divina servendi, petit facultatem. - 19 nov. 1778. - 7/52. ✓

Cottus de erigenda parochia in Inke. 1782. - 41/74.

Visitatio parochiae. - 1791. - 14/1.

Visitatio parochiae. - 1792. - 14/2.

Visitatio parochiae. - 1793. - 14/3.

Parochus Gyutai in possessorium adepti sibi per Carolum Inkey prati lo currum foeni capacis in territorio Csicsó existentis, restitui supplicat. - 1795. - 14/61. ✓

Communitas Liszóensis parochiae Szentmiklós conjungi petit.
27 febr. 1795. - 14/62 ✓

Carolus Inkey querelas parochi ob diminutionem tenentorum
parochialium contra se porrectas, irreales esse contendit. (2)
- 6 apr. 1796. - 14/63. ✓

Inventarium parochiae. - 23 apr. 1795. - 14/64. ✓

Visitatio parochiae. - 1804. - 20/1. ✓

Fundus instructus. - 1804. - 20/70. ✓

VAD refert jussu Eppi ad Iharos fine redintegrandae matri-
culae copulatoreum effectum. - 13 dec. 1815. - 25/23. ✓

Antonius Inkey Michaelen Baranyai pro administratore pe-
tit. - 15 martii 1816. - 25/24. ✓ M.

Idem ad praestandam aptum aliquod individuum, ad faciendas
item circa ecclesiam et domum parochialem e fundamento re-
staurandam, inque alium opportuniorem locum transferendam
provocatus. - Mors Georgii Gyutai parochi. - 7 maji 1818. -
25/25. ✓

Joannes Hanzer pro parochia praesentatus. - 29 martii 1818.
25/26. ✓

Fundus instructus parochiae. - 1818. - 25/27. ✓

M.P.

Joannes Hanzer parochus malam ex Conventu Segesdiensi fili-
alis suae Inke spiritualem provisionem, - proventuum sto-
larium per multos denegationem, aedificationis domus suae
procrastinationem querulose proponit. - 7 apr. 1819. - 25/28. ✓

Parochus praeinsinuato, ob suscipiendam capellae Berényi-
ensis reparationem, Sacrorum celebrationem in illa ad tem-
pus intermittendum et Divina alio transferenda venire, -
cubile aliquod peragendis Sacris functionibus deserviturum
benedicendi facultatem sibi delegari petit. - Facultas
commissa. - 3 martii 1820. - 25/29. ✓

Inkey queritur contra parochum, quod is contra disertam
mentem contractus occasione etiam Canonicae Visitationis
ratihabitae a Liszóensibus praestationes et operas exigat.-
7 apr. 1820. - 25/30. ✓

Collata est facultas statuum S. Joannis Nepomuceni erectam ad viam Berényiensem benedicendi. - 7 maji 1820. - 25/31. ✓

Parochus significat de libello supplici dato ad Cottum: ut Csicsóenses ad aedificationem domus ludirectoris adurgantur. - 29 maji 1820. - 25/32. ✓

Joannes Hanzer parochus gravamina aliqua, etquidem in merito redemptionis aliquarum arborum per cambiationem fundi parochialis beneficio parochiali obvenientium a patrono in parochum rejecto; imminutae item praestationis frumenti lecticalis; necnon Inkeensium parochi nil praestare volentium ac ecclesiae Iharosiensis ruinati status proponit et medelam exoperari supplicat. - 2 maji 1822. - 40/79. ✓

Antonius Inkey in nexu novae fundorum parochialium Iharosiensium divisiones accedentes pro hanc parochi memorato a vicino colono arbores se exolvere velle, eundemque in servato hucusque usu colligendi frumentum lecticale minime turbare significat. - 1 junii 1822. - 40/80. ✓

Parochus Hanzer orat, quatenus VAD-o facultatem benedicendi novitus erecti oratorii largiri dignaretur cum ecclesiae ruinae proxima est. - Conqueritur competentias sibi a filialistis Inkeensibus praestandas non obstante determinatione Cottus adhucdum et jam a tribus annis decursu dandas denegari, et hoc unice ideo, quia Josefus Tallián cui id per Cottum impositum est eos ad legalia praestanda adurgere negligat. - Facultas data est VAD-o oratorium benedicendi. Intuitu querelae Josefus Tallián requiritur, ut competentias Inkeensium parochi praestandas ad normam Visitationis Canonicae medio officiosi sui influxus exigat. - Parochi de his ipsis edocto. - Antonius Inkey impense oratur, ut pro nata sua ad provenhendum Dei cultum promptitudine fabricam ecclesiae acceleret, cum prior ecclesia ob desolationem interim proxima ad Sacra peragenda idonea non sit. - 24 nov. 1822. - 40/81. ✓ M.

Joannes Péchy parochus conqueritur de violatione festorum ab acatholicis non secus ac catholicis attentata. Inkeenses porro in praestationibus suis morosos ad explendam obligationem suis viis adigi petit. - 18 sept. 1823. - 4o/82. ✓

Parochus Péchy abusu circumjacentium pagensium diebus dominicis et festis pro melioratione viae Knizsaensis per parochiam suam lapides transportantium obicem poni instat. 4 martii 1826. - 4o/83. ✓

Parochus de intentione Antonii Inkey circa inducendam in ordine Divinorum mutationem, Eppum certiore reddit. - 1 julii 1829. - 4o/84. ✓ M. P.

Parocho circa commorationem Joannis Berecz in Iharosberény qua capellani domestici futiram considerationes suas depromenti, pro directione agendorum norma praescribitur. - 5 febr. 1831. - 4o/85. ✓

Joannes Inkey capellanum domesticum dari petit ad Iharosberény. - 17 febr. 1831. - 4o/86. ✓

Acta occasione Visitationis exhibita: instantia Iharosberényiensium pro minuatione cultivationis agrorum parochialium; Liszóensium pro adfiliatione parochiae Kanizsaensis supplicantium; tabella super proles mixti matrimonii. - 5 junii 1831. - 4o/87. ✓ M.

Parochus Kanizsaensis pro ratificatione submittit contractum Liszóensium cum franciscanis Kanizsaensibus initum. - Parocho Iharosiensi transmittitur copia hujus contractus jam ratificati cum eo: ut is quoque eo intendat, quo inita haec provisio fidelium Liszóensium optatum effectum sortiatur. - 11 julii 1831. - 4o/88. ✓ M. P.

Contractus submittitur guardianò et ejus curae defertur, ut patrem exemplarem et solertem quavis tertia dominica emittat, etquidem eundem patrem stabiliter. - 11 julii 1831. 4o/88. ✓

Joanni Mészáros capellano domestico Iharosberényiensi per Eppum declaratum, eidem interimalem parochiae Mura-keresztur administrationem concedendam fore, dum de ejusdem linguae croaticae ibidem adhuc vigentis peritia ex ejus fidedigna relatione constiterit. Idemque provocatus ad dandam quoad materialia dirutae ecclesiae Récseiensis antiquae adaequatam informationem. - 1 aug. 1832. - 38/162.

Parochus interpellat Vic. Gen. quatenus eidem admittere velit, ut restantia ecclesiae suae interusura 600 Fl efficiantur, mox deponenda, sibi in diversis generis internam dictae ecclesiae superlectilem comparandam, cujus eadem indigentiam habet, convertere liceat. - 8 julii 1833.- 40/89.

I s z k a s z e n t g y ö r g y .

Baro Ladislaus Amadé querelas deponit contra franciscanos et capuccinos, quod sedecimam in Szentgyörgy occupaverint. - 15 dec. 1745. - 1/61. ✓ M.

Baro Ladislaus Amadé rogat Eppum, ut matri ecclesiae Szentgyörgy etiam filiales ad succurrendum impellat. - 28 sept. 1755. - 1/62. ✓ M.

Comes Gabriel Eszterás in Iszkaszentgyörgy capellam se exstruisse in sua residentia refert, petit facultatem, ut pro se et suis hospitibus Divina peragi possint. - 15 jun. 1762. - 1/63. (2)

Antonius Tana parochus querulat contra protestantes Mohaenses. - 1774. - 1/64. ✓

I s z k á z .

Visitatio exemptae ecclesiae et parochiae Iszkáz et filialium annexarum peracta per Carolum Eszterházy praepositum de Promont. Strigoniensi, Celsissimi Principis et Archiepiscopi Strigoniensis delegatum peracta. - 21 sept. 1754. - 4/29. ✓ P

Relatio de fundo ecclesiarum parochiae. /Felső, Alsó et Középiszkáz, Csósz, Kiszöllős/. - 12 sept. 1785. - 10/35 ✓
Csószzienses pro parcho instant. - 1786. - 10/36. ✓ M

Josefus Horváth Cottus Wesprim. Tab. Jur. Assessor cooperaturam in parochiam hanc inducendam altissimas dispositiones pro statu notitiae et directionis communicat. - 28 julii 1788. - 8/114.

Propositio de parochia. - 1789. - 10/37. ✓

Inventarium ecclesiarum. - 1789. - 10/38. ✓ P

Pro vacante parochia Exc. Consilio proponitur Joannes Matovics. - 23 maji 1801. - 16/48. ✓

Joannes Matovics parochus quo rationes ecclesiae suae accurate concinnare possit, punctum testamenti Ladislai Barsay summam pro Sacris in ecclesia sua depositam complectens sibi submitti orat. - 1 sept. 1802. - 16/49. ✓

Pro conscribendis proventibus parochiae homo dioecesanus exmitti petitur. - 25 nov. 1805. - 16/50. ✓ M

Pro vacante parochia proponuntur: Antonius Vlasics, Franciscus Simon et Josefus Prêmes. - 6 apr. 1808. - 16/51. ✓

Antonius Vlasics investitus. - 14 maji 1808. - 16/52. ✓

Instantia Csószziensium pro restauratione vetustate collapsae ecclesiae Exc. Consilio recommendata. - 30 jul. 1808. - 16/53. ✓

Parcho assignantur supplementales 19 Fl 56 xr. - 2 aug. 1808. - 16/54. ✓

Parochus nobilem Berecz in parochia sua scandala scandalis cumulantem coerceri petit. - 8 maji 1810. - 16/55.

P.
✓

Instantia parochi Exc. Consilio porrecta pro reparatione supellectilis ecclesiae suae. - 10 nov. 1811. - 23/44.

✓

Specificatio rerum ~~et~~ e substantia Joannis Matovics pro fundo instructo assignatarum. - Sine dato. - 23/45.

✓

Libellus supplex parochi fine impetrandi pro comparanda s. supellectile aliisque ecclesiae necessitatibus requisitis subsidii ad Exc. Cons. directi. - 12 jan. 1812. - Acta Seminarii 9/86.

Conscriptio et dimensio geometrica agrorum et pratorum occasione regulationis parochi in Iğkáz, Csósz et Kiszöllős assignatorum. - 10 dec. 1814. - 23/46.

M.
✓

Erga expositionem parochi Vlasics pro damno ecclesiae Kiszöllősiensi per dimensionem geometricam recens illato reparando apud Exc. Consilium preces interpositae. - 21 apr. 1815. - 23/47.

✓

Parochus suo et ludirectoris Csószsiensis juri per inaequivalentiam pratorum occasione novae regulationis sauciato medelam adferri supplicat. - 20 aug. 1816. - 23/48.

M.
P.
✓

Parochus de defectu falcidiae in prato parochi et ludimagistri, per novam tenutorum regulationem enatae questus, pro procuranda redintegratione supplicat. - 20 febr. 1817. - 23/49.

✓

Projectum filialis Kerta in matrem evehendae. - 22 apr. 1817. - 23/50.

M.
✓

Rescriptum Officii Vic. quo Exc. Cons. interpellatur fine relaxationis llo Flrum pro communitate Csószsiensi in adaptationem et colorationem altaris ex cassa dominali Fundi Religionis expensorum. - 30 dec. 1822. - 33/37.

✓

Antonius Vlasics parochus instantiam suam fine restaurandae ecclesiae Kiszöllősiensis ad Exc. Consilium porrectam promoveri orat. - 1 julii 1829. - 33/38.

✓

Pro vacante parochia propositio facta est. 2 maji 1832. -
33/39. ✓

Franciscus Pintér in beneficium investitur. - 15 maji 1832.
33/40. ✓

Parochus nunciat Közép et Alsóiskázienses introductionem ludimagistri proles suas scholam Felsőiskáziensem relicturas instituturi, in intentis habere, proponensque motiva pro et contra praefatam filialistarum suorum intentionem pugnantis exorat ordines. - In nexu hujus commissae VAD-o eatenus exhibenda relatio, an per decessum illorum proventuum, quas ludimagister Felsőiskáziensis ex antelatis filialibus hactenus percipiebat et deinceps neo-introducendo illuc ludirectore obventuri essent, in infra congruam subsistendi modum reduceretur? - vel an non fundata spes adsit eidem decessum hunc sive per fideles Felsőiskázienses sive per patronatum bonificandum iri. - 6 aug. 1832. -
33/41. ✓

VAD in negotio inducendi ad Középiszkáz ludimagistri praestat relationem. - 31 aug. 1832. - 33/42. ✓

Consognatio rerum ad parochiam spectantium novo parochi resignatarum. - Catalogus librorum. - 28 nov. 1832. -
33/43. ✓

Parochus nomine Középiszkáziensium pro facultate ecclesiam suam restaurandi et respective ampliandi; item nomine horum et Alsóiskáziensium pro indultu ludimagistram ad Középiszkáz inducendi recurrit. - 24 febr. 1833. - 33/44. ✓

Parochus exhibet cautionales fidelium Közép et Alsóiskáziensium super conservatione ampliandae ecclesiae Középiszkáziensis. Item scriptam eorundem super eo declarationem, quod si iisdem admissum fuerit ad Középiszkáz ludimagistram inducendi, etiam in posterum ludimagistro Felsőiskáziensi pecuniariam lecticalem obventionem praestare velint. Petit deponendi ampliandae ecclesiae primariam lapidem. - In cujus nexu data parochi facultas inchoandae aedificationis ecclesiae; deponendi fundamenti. - 1 apr. 1833. -
33/45. ✓

VAD sub,ittit elenchum librorum defuncti parochi Fr. Pintér. - 30 oct. 1834. - 33/46. ✓ M.

Eppus per mortem interventam Francisci Pintér parochia vacante proponit Josefum Hajós, Joannem Nemesovics et Joannem Kiss. - 8 nov. 1834. - 33/47. ✓

Josefus Hajós professor historiarum in seminario ad beneficium praesentatur. - 13 nov. 1834. - 33/48. ✓

I s z t i m é r .

Litterae Stefani Zichy, in qua facultatem petit, ut capuccini Bodajkienses neo-impopulatum possessionem Isztimér curare possint. - 20 jun. 1752. - 1/65.

M.
✓

Jásd.

De fonte sacro. - Acta personalia 1/87.

Expedita est facultas Francisco Zichy de Vásonkő ecclesiae parochialis ex solidis materialibus extruendae et primi lapidis per VAD-m deponendi. - 5 martii 1779. - 6/62. ✓

Acta intuitu erigendae parochiae Jásd. - 8 jan. 1779. - 7/53. ✓ M

Conscriptio proventuum parochiae erigendae. - 1779. - 7/54. ✓ P

Determinatum est intuitu Fontis Jásdiensis VAD-m Csesznekiensem exmittendae, qui populum a frequentando fonte auctoritate Eppali inhibeat. - 17 oct. 1780. - 6/63. ✓

Jásdienses pro localī animarum curatore instant. - 28 nov. 1780. - 7/55. ✓ M

Jásdienses contra parochum suum Georgium Baczkó. - 7 apr. 1783. - 8/73. ✓ M

Georgius Baczkó parochus possessionem Szápár horsum adfiliari petit. - 18 jan. 1786. - 8/74. ✓

Rescriptum est Exc. Consilio conscriptiones neoerigendarum localis capellaniae Dég ac parochiarum Jásd et Szápár transponendas urgenti. - 15 apr. 1787. - 8/40. ✓

Conscriptio proventuum parochiae Exc. Consilio submittitur. - 29 junii 1787. - 8/41. ✓

Investigatio VAD-i intuitu aedificandae novae ecclesiae. - 26 apr. 1792. - 12/68. ✓ P

Fideles ad domum parochialem et ludirectoralem in vicinitate ecclesiae cum ingruente vere construendam se obligant. 17 dec. 1792. - 12/69. ✓ M P

Fideles pro animarum curatore instant. - 1803. - 15/50. ✓ M

Contractus fidelium cum animarum curatore. - 1803. - 15/51. ✓ M, P

Testimonia de salutaribus aquis Jásdiensibus et ibidem visa BMV gratiosa imagine. - 20 maji 1804. - 15/52.

Matthias Krechmár parochus gravamina sua contra parochianos scribit. - 15 junii 1805. - 15/53.

Parochus miserum statum parochiae refert. - 1 aug. 1805. - 15/54.

Fideles pro uliore administratoris permansione instant. - 7 octt 1806. - 15/55.

Administrator cum omni submissione insinuat, quid agendum sit propter capellam ex ligno extra pagum exstructam ast jam collapsam, proxime vere iterum restaurari intentam? - 17 febr. 1807. - 15/56.

Administrator statum desolatum ecclesiae, domus parochialis et ludirectoralis exhibens congruam medelam afferri instat. - 29 nov. 1809. - 15/57.

Relatio VAD-i de aedificatione aedium parochialium. - 23 febr. 1810. - 15/58.

VAD Jásdiensibus animarum curatorem eousque donec omnia provisionis ejus necessaria praesto fuerint denegandum proponit. - 22 maji 1810. - 15/59.

Provisor dominalis testatur aedificationem ~~XXXXX~~ camerae et stabuli parochialis per Jásdienses jam incoatum esse. - 7 junii 1810. - 15/60.

Administrator Szápáriensis de lento reparationis aedium parochialium Jásdiensium progressu relationem praestat. - 27 aug. 1810. - 15/123.

Statisticae observationes. - 1820. - 21/43. *1A.*

Dominium ex 24 orgiis ligni parochi debitis 12, ex ludimagistri vero 6 subtrahere vult. Schola trivialis lapsui proxima. - 8 aug. 1820. - 21/44.

VAD ratione administratoris refert passiva ejus 500 Fl aequare, translationem vero intuitu lignorum focalium ob absentiam Directoris Bonorum fieri nequivisse. - 30 apr. 1821. - 30/64.

VAD in negotio debitis onerati administratoris pro servanda fine exolvendorum illius debitorum rerum suarum licitatione terminum defigi eumque usque ad ventum novi parochi instante pro hoc administratore porrogari petit. - 21 sept. 1821. - 30/65.

VAD refert administratorem cum dominio respectu lignorum focalium tractatum inire velle. - 24 febr. 1821. - 30/66.

VAD Josefo Derer vacans beneficium Jásdiense administranti pro illius laboribus mercedem extradari supplicat. - 7 jan. 1822. - 30/67.

De lignis focalibus parochi et ludimagistri a dominio qualiter compensandis Intimatum. - 5 aug. 1823. - 30/68.

Martinus Kelcsovics parochus enixe orat Vic. Generalem quatenus ope gratiosi sui ad Com. Stefanum Zichy recursus, fidelesque ejates auctoritate sua ad dandas sibi competencias tenore Visitationis Canonicae suffultas compelleret. - 16 dec. 1822. - 30/69.

Exc. Consilio fine reponendi parochi et ludimagistri ad praehabitu orgialium lignorum usum, cum Com. Zichy concernens parochiae patronus et erga iteratum parochi recursum et Officii Dioecesanii remonstrationem silentio praeterierat supplicatur. - 19 maji 1823. - 30/70.

Sub No. 19492 edito Intimato instruitur: 24 orgiarum lignorum focalium parochi, 12 vero ludimagistro antehac dari solitarum in conscriptione proventuum parochiae Jásdiensis anni 1802 nullum exstare vestigium ac proinde dominium terrestre ad eas praestandas nec stringi posse; cum tamen proventus parochiales congruam 300 Flrum normalem non adaequent Vic. Gen. eo inviatur, ut dominium terrestre vel ad excindendam sessionem colonicaem pro parte parochi, vel ad vires 80 Flrum suppeditanda ~~dicti~~ dicti parochi naturalia bona modalitate provocet requisitione vero idmodi non succedente, activitatem concernentis jurisdictionis interpellet deque effectu referet. - 3 oct. 1823. - 30/71

Parochus in merito subtractorum sibi per dominium territoriale lignorum focalium exaratam suam instantiam obtutibus Exc. Consilio substerni supplicat. - 12 oct. 1823. - 30/72. ✓ M.

Parochus consulit num ecclesiam Jásdiensis effusione humani sanguinis polluta reconciliandum sit. - 26 dec. 1823. - 30/73. ✓

Universitati Cottus Wespr. in nexu intervenientis ab Exc. Consilio resolutionis scriptum est: ut is circa dotationem parochiae Jásdiensis a patrono accisam, congruo modo redintegrandam opportunum modum inveniat. - 17 junii 1825. 30/74. ✓ M.

Parochus resolutum jam per Exc. Consilium 80 Flnos congruae suae supplementum inde a 5 annis restans sibi exassignandum procurari, patronatumque eo inviari petit, ut se in praehabito 24 orgiarum ligni focalis usu porro quoque relinquere velit. - 20 martii 1826. - 30/75. ✓

Spanus Jásdiensis parochum de variis excessibus incusat. - 17 junii 1827. - 30/76. ✓

VAD in causa parochi per spanum incusati pro peragenda inquisitione exmissus relationem praestat, ex qua apparet incusatum parochum maxima ex parte insontem esse. - 17 julii 1827. - 30/77. ✓

VAD Palotaensi injungitur, ut differentias inter parochum et localem officialem obortas complanet. - 30 aug. 1827. - 30/78. ✓

Vice Comes Cottus Wespr. interpellatur, ut negotium supplementis congruae parochi Jásdiensis apud patronum ejusdem Com. Zichy exoperandae, cujus intuitu juxta tenores Altiorem Exc. Consilii ordinum jam anno 1825 per Vic. Gen. ad fatum Cottum factus est recursus ab eoque exmissio finem in hunc decreta, at relatio super ejus operatione necdum praestita, tandem ad finem perducere velit, quo et parochi competente sibi congrua potiri valeat. - 6 jan. 30/79. ✓ M.

Universitas Cottus Wesprimiensis in merito dotationis
parochi Jásdiensis significat, patronum Com. Zichy omnem
ad meliorandam hanc succursum deprecari. - 16 apr. 1828. -
30/80. M,
✓

Intimatum de nova parochiae Jásdiensis conscriptione. -
14 julii 1829. - 30/81. ✓

Querelae fidelium contra parochum suum. - 18 martii 1834.-
30/82. M,
✓

Eppus in negotio litis inter parochum et parochianos suos
committit Vicario Generali, ut parochum Martinum Kelcsó-
vich in faciem Consistorii statuatur eidemque edicat:
ut si causas odii contra se conflati quantum in se est
non removerit processu ad amissionem beneficii convenien-
dus sit; - in hoc eodem negotio quo fieri potest sopiendo
id disponit Eppus, ut canonicus Csobrántz cum VAD-o ad
Jásd excurrat, atque ordinibus Eppi se accommodet. -
6 junii 1834. - 30/83. ✓

Relatio de peracta in negotio parochi per Eppum demandata.
- 28 julii 1834. - 30/84. ✓

Parochus ad conspectum Eppi evocatus. - 25 apr. 1834. -
30/85. ✓

Contractus fidelium cum parochis. - 3 nov. 1834. - 30/86. M.P. ✓

Reflexiones Domini quoad nonnulla contractus cum parochi-
anis anni 1834 initi puncta. - 15 sept. 1835. - 30/87. M.L ✓

Inventarium parochiae. - 1835. - 30/88. M.L ✓

K a d a r k u t .

Fosset erigi parochia in loco secundum projectum neo-erigendarum parochiarum in Cottu Simighiensi. - 1735. - 5/1.

De ampliacione ecclesiae protestantium. - 1770. - 41/91.

Conscriptio neo-erigendae parochiae. - 1785. - 11/36. ✓

VAD ad praestandam super postulato Joannis Nagy advocati sacellum in domo sua erigere volentis informationem provocatus. - 17 jan. 1786. - 11/37. ✓ P

Erga preces VAD-i facultas pro fata capella expedita est. 26 febr. 1786. - 11/38. ✓

Joannes Nagy pro lapide portatili et calice capellae donatis gratias reperit. - 18 apr. 1786. - 11/39. ✓

VAD significat destinatum horsum capellanum Emericum Nagy donec ecclesia domusque parochialis debite sufficienter-que instructae fuerint, munus suum accipere nolle. - 9 febr. 1788. - 11/40. ✓

Emerici Nagy expaulini super desolato tam ecclesiae quam domus parochialis sibi in Kadarkut destinatae statu querelae. - 14 sept. 1788. - 11/41. ✓

Emericus Nagy de domo parochiali, ecclesia ejusque necessariis provideri orat. - 13 oct. 1788. - 11/42. ✓

Crysostomus Gámpér adnexa parochi Csökölyiensis de desolatissimo curatiae hujus statu relatione, saltem hac hyeme Tapolcae adhuc relinqui supplicat. - 19 dec. 1790. - 11/43. ✓ M

Joannes Nagy Kadarkutiensis compossessor P. Zachariam in localem curatiam stabiliri orat. - 9 maji 1791. - 14/65. ✓

Ad factam Cottus Simighiensis repraesentationem circa providendam sacerdote curatiam Kadarkutiensem opinio petitur. 8 julii 1794. - 14/66. ✓

Relatio canonici Nagy intuitu localis capellaniae. - 27 julii 1794. - 14/67. ✓

Intuitu faciendae provisionis Kadarkut VAD ad proposita sibi abhinc nonnulla puncta informationem praestare jus-
sus. - 28 julii 1794. - 14/68. ✓

Praestita Exc. Consilio circa curatiam Kadarkutiensem sa-
cerdote providendam relatio. - 21 aug. 1794. - 14/69. ✓

Ad Kadarkut sacerdos quispiam pensionatus interimaliter
exponendus praecipitur. - 16 sept. 1794. - 14/70. ✓

Cottus Simighiensis pensionatum quemdam sacerdotem ad Ka-
darkut pro curatore animarum illocari petit. - 29 dec.
1794. - 14/71, 72. ✓

D. Spissich nomine communitatis pro disposito ad se admi-
nistratore Augustino Molnár gratias agit, - item pro ex-
operanda ad aedificationem ecclesiae necessaria pecunia
instat. - 26 nov. 1815. - 41/110. *vö A30 1. DOBOZ 8. CSOMÓ D. FEKETE 20M. 08. 02* ✓

Congrua parochi in 300 Flris exassignatur. - 14 maji 1816.-
41/110. ✓

De minea Széplakiensi in usus administratoris per VAD
tradita consensus elargitus. - 7 aug. 1816. - 41/110. ✓

vö A30 1. DOBOZ 8. CSOMÓ D. FEKETE 20M. 08. 02
Franciscus Matisa de inita 6-a jan. parochiae administra-
tione Eppum certum reddit, una possessionem Mike parochiae
suae adfiliari petit. - 27 jan. 1818. - 41/110. ✓

Facultas capellam in domo parochiali ad tempus adaptatam
benedicendi petitur. - 16 febr. 1818. - 41/110. ✓

vö A30 1. DOBOZ 8. CSOMÓ D. FEKETE 20M. 08. 02.
D. Spissich pro facultate sacellum Kadarkutiensem benedi-
cendi alicui e parochis deferenda. Item pro exoperanda

Altiori Loco ludirectoris introducendi normali congrua
Eppum interpellat. - 30 martii 1818. - 41/110. ✓

vö A30 1. DOBOZ 8. CSOMÓ D. FEKETE 20M. 08. 02
Benedictio sacelli per Ludovicum Ollé parochum Szulokien-
sem. - 26 apr. 1818. - 41/110. ✓

Relatio de structura domus parochialis per decursum aeta-
tis determinanda, - interimalis vero ludirectoris introdu-
cendi penes exoperandam ei normalem congruam in domo paro-
chiali adornata habitatione recursus ad Exc. Cons. factus.-
28 apr. 1818. - 41/110. ✓

vö A30 1. DOBOZ 8. CSOMÓ D. FEKETE 20M. 08. 02.

Compossessores ad defectum dotis, ludirectoralis 81 Flnis
22 1/2 xr supplendum provocantur. - 20 apr. 1820. - 41/110. ✓

Relatio parochi de perduto quoad ecclesiae vineam processu.
5 dec. 1819. - 41/110. vō 430 I. DOBZ J. CSOMB DFFKETE 2011. 08. 02. ✓

Relatio D. Spissich de excisa pro parochia sessione et
necessitate aedificiorum oeconomicalium. - 15 jan. 1820.
- 41/110. vō 430 I. DOBZ J. CSOMB DFFKETE 2011. 08. 02. ✓

Administrator significat se in processu vineae pro 11-a
dec. in figuram Tabulae Regiae evocatum. - 11 nov. 1820.
41/110. vō 430 I. DOBZ J. CSOMB DFFKETE 2011. 08. 02. ✓

Franciscus Matisa administrator parochiae excessui evan-
gelicorum in parochia sua tempore adventus musicales sal-
tus instituentium efficaci remedio obviari instat. - 20
febr. 1825. - 39/10. ✓

Parochus Matisa censum quarterialem ludimagistri sui a se
per decursum sex annorum in annuis 18 Flnis jam solutum
sibi bonificari orat. - Resp.: Antelatus census quarte-
rialis in 108 Fl ex Cassa Dioecesana assignatur. - 24 oct
1832. - 39/11. ✓

Idem parochus pro gratiose ex Cassa Dioecesana titulo
census quarterialis complurium annorum ludimagistri per
se depensis 108 Fl gratias agit. - 12 dec. 1832. - 39/12. ✓

Alexander Spissich compossessor Kadarkutiensis plana et
sumptuum projecta exstruendae in Kadarkut ecclesiae et
domus parochialis praesentat, exorans Eppum, ut negotium
hoc sua via ad Exc. Cosniliu[m] promovere velit. - Resp;
Solatiose intellexisse Eppum praelaudati domini in promo-
vendo antelato pio opere zelum et reliquorum terrestrium
promptum munificentiam. Plano et sumptuum projectis eri-
gendae ecclesiae Exc. Consilio una cum recursu pro sump-
tibus in dictus opus requisitis et Fundo Religionis as-
signandis, jam substratis ad praeliminares expensas hic
loco Flnos resolutas haberent per Dominum referentem dum et
quando erga suam quietantiam levandos. Denique confirme
videri, ut opus structurarum harum in 3 subsequentes

annos modo exposito dividatur. -

Eppus plana et sumptuum projecta erigendae ecclesiae
Exc. Consilio praesentat, et subsidium 8000 Fl³rum pro
hoc opere e Fundo Religionis orat resolvi. - 24³ nov.

1832. - 39/13.

V^o 430 l. DOB02 g. CS040 DEKETE 20M. 28. 02
Parochus Matisa de procuratis pro restauranda ecclesia
requisitis materialibus relationem praesentat. - 27 apr.

1833. - 39/14.

Dnus Spissich compossessor Eppo de progressu operum prae-
paratoriorum erigendae ecclesiae relationem faciens ex
obitu periculi corruptionis exustarum tegularum facul-
tatem pro inchoanda aedificatione et necessariorum fine
hoc ulteriorum sumptuum anticipationem expetit, proponen-
do ad minuendas operis hujus expensas longitudinis extru-
endae sacrae aedis ad 13 orgias calculatae, duabus abbre-
viationem. - Praesul laudendo referentis domini in prove-
hendo salutari hoc opere zelum, admittit, ut paratis jam
tegulis exstructio parietum inchoari possit, svadens una,
ut si ob qualitatem tegularum in loco parari solitarum
iis furnituram exstruere consultum non foret, navis ec-
clesiae in locum fornacis tabulato cooperiatur; denique
pro continuando opere ex Cassa Dioecesana 1500 Fl anti-
cipative erga quietantiam levandos assignat. 3 junii 1833.
39/15.

M.
✓
M.
✓

Alexander Spissich de progressu operis exstructionis ec-
clesiae relationem praestat. - 31 martii 1834. - 39/16.

Intimato planum aedificandae ecclesiae Kadarkutiensis et
sumptuum projectum remittitur, ac novum per regium aedi-
lem directionem elaboratum planum submittitur cum eo, ut
juxta illud nova sumptuum projecta conficiantur, et Exc.
Consilio substernantur. - 19 sept. 1834. - 39/17.

V^o 430 l. DOB02 g. CS040 DEKETE 20M. 28. 02

In obsequium hujus administratori parochiae injunctum fu-
it: ut quoad materialia ecclesiae, utpote: tegulas, cal-
cem, ferrum, mercedem diurnam murariorum, asciariorum, o-
peras manuales; demum an faber ferrarius, vitrarius,

✓

arcularius aliique opifices eodem adhuc pretio ut in priori sumptuum projecto expositum habetur, vel fors altiori laboraturi sint? - deductionem in distinctis confici eamque per legale testimonium recognosci curet ac Offo Dioecesano submittat. - 23 oct. 1834. - 39/17.

Alexander Spissich de statu operis exstruendae ecclesiae relationem praestat. - 25 oct. 1834. - 39/18.

Administrator Matisa novitus confecta sumptuum projecta exstruendae ecclesiae praesentat. - 15 jan. 1835. - 39/17.

Alexander Spissich pro materialibus sub opere constitutae ecclesiae adhuc requisitis comparandis sumptus suppeditari petit. - 14 julii 1836. - 39/19.

Reflexiones ad rationes per Alexandrum Spissich de 10.475 Flnis in aedificationem ecclesiae parochialis Kadarkutiensis e Cassa Dioecesana anticipative assignatis, redditas. - 4 julii 1837. - 39/20.

Alexander Spissich rationes sumptuum in structuram ecclesiae anno 1837 et 1838 impensorum substerbit et inspectionem super structura resignat. - Sine dato. - 39/21.

Rationes administratoris de 2580 Flnis in aedificationem ecclesiae suae impensis. - Per sex annorum spatium, impensis partim Fundi Religionis, resolutis hunc in finem 8.000 Flnis, - partim Cassae Dioecesanae, resolutis ex eadem 9.899 Flnis ecclesia haec exsurrexit. - 26 dec. 1839. - 39/22.

✓
M.
✓
✓
K. Z. P.
K. Z. P.
M.
P.
✓

K a p o l y .

De exercito religionis protestantium ante Commissionem Pestensem. - 41/80.

Samuel Abbas Tihanyiensis recenter exstructam in Kapoly honori S. Michaelis Archangeli ecclesiam et novam crucem benedicendi facultatem sibi conferri petit. - 13 sept. 1779. - 6/64. ✓

Cottus de erigenda parochia. - 1782. - 41/74.

Dotatio per Abbatem Tihanyensem administratori facta. - 19 jan. 1787. - 9/32. P. ✓

Repraesentatio Exc. Consilio ad Kapoly localem capellanum ex ordine S. Benedicti illocatum haberi. - 29 junii 1787. - 9/34. ✓

Status capellaniae localis. - 10 julii 1787. - 9/33. P. ✓

VAD in negotio stabiliandarum in Kapoly et Teleki loc. capell. peractam una cum investitura eppali utroque capellano extradata et litteris fundationalibus abbatis Tihanyiensis praesentat. - 13 julii 1787. - 9/35. ✓

Erecta adhuc ante sublationem abbatae Tihanyiensis localis capellania Kapolyiensis approbatur. - 2 nov. 1787. 9/36. ✓

Circa aedificationem domus pro locali capellano Kiskapolyiensi, ordine in Camerali Quinqueecclesiensi administratione facti esse significatur. - 10 sept. 1788. - 9/37. ✓

Facta Exc. Consilio intuitu curati Kapolyiensis in pacifico perceptionis 300 Flrum usu relinquendo et domus ejusdem parochialis restaurandae repraesentatio. - 5 nov. 1790 9/38. ✓

Josefus Rózsa localis capellanus in defectu accommodae habitationis aliorum disponi petit. - 20 apr. 1791. - 13/27. ✓

Litterae fundationales capellaniae localis Kapolyiensis
Exc. Consilio transponantur. - 18 julii 1791. - 13/28. ✓

Pro vacante capellania proponuntur Exc. Consilio Michael
Zámbó, Joannes Matovics et Michael Tóth. - 7 nov. 1795.-
13/29. ✓

Michaeli Zámbó ad curatiam hanc investituram extradatam
haberi fine assignandae eidem jam praevis defixae soluti-
onis Exc. Consilio refertur. - 6 jan. 1796. - 13/30. ✓

Consignatio 60 Sacrorum fundationalium huic capellaniae
ad repartitorum, fine ordinandae alia modalitate eorundem
persolutionis Exc. Consilio remittitur. - 23 nov. 1803.
18/66. ✓

Querelae parochi super proventibus imminutis. - 6 julii
1810. - 18/67. ✓

Paulus Lóránt parochus ad melius dotandi ludirectorem
Dominium provocari petit. - 26 jan. 1811. - 26/20. ✓

Paulus Lóránt parochus se in usu suorum jurium per admi-
nistratorem Tihanyiensem turbari queritur. - 7 martii
1811. - 26/21. ✓ M.
P. ✓

Statisticae observationes parochiae. - 1820. - 26/22. ✓

VAD de commissa sibi in Kapoly intuitu querimoniae per
ejatem administratorem propositae a se peracta inquisiti-
one relationem praestat. - 22 sept. 1826. - 38/6. ✓

K a p o s s z e n t b e n e d e k .

Posset erigi parochia secundum projectum neo-erigendarum parochiarum in Cottu Somogy. - 7 martii 1735. - 5/1.

De erigenda parochia. - 14 febr. 1764. - 5/98. ✓

Georgius Bisztriczay praepositus S. Benedicti de Kaposfő parochiam in possessione sua Szentbenedék quo ocyus constabiliri petiit. - 8 martii 1764. - 4/77. ✓

De ara gallica ecclesiae Szentbenedekiensis. - 1770. - 4/78. ✓

Parochus Csökölyiensis executionem Legati pro capella Korpád factitam, Korpádienses ad lecticales praestationes adurgeri instat. - 21 julii 1773. - 7/152. ✓

De erigenda parochia in Korpád. - 1773-77. - 41/100 ✓

Investigatio in negotio erigendae parochiae Korpád Exc. Consilio submittitur. - Nobiles catholicae parochiae potius Szentbenedék affiliari petunt. - 26 martii 1774. - 7/153. ✓

Responsa dominorum Korpádiensium ad querelas parochi ob denegatas praestationes lecticales. - 1 apr. 1774. - 7/154. ✓

Ignatius Nagy praepositus Kaposfőensis parochi Szentbenedekiensi quoad denegatas eidem a filialistis praestationes, succurri orat. - 22 jan. 1777. - 7/155. ✓

Parochi Szentbenedekiensi titulo supplementi defectus congruae Flni 127 et xr 50 e Generali Parochorum Cassa resoluti esse intimatur. - 22 sept. 1777. - 7/156. ✓

Paulus Szabó parochus ministrum helveticum possessionis Zselickisfalud in vicina possessione Szilvásszentmárton solemniter cum dictione furebrali sepelientem VAD-o denunciatur. Effectum instantiae suae ob denegatam sibi occasione solitae novi anni benedictionis a domino Sárközy pro conscribendis inibi existentibus animabus catholicis ~~sum~~ ad domum suam accessum, Cottui porrectae apud Eppum urgeri. P. ✓
7 febr. 1778. - 7/157.

VAD significat post 20 annorum processum in Pusztakorpád fundum pro ecclesia catholica per Ladislaum Sárközy assignat atque ad poenam appositionis ante 20 annos factae praefatum acatholicum nobilem in 200 Flinis, pro aedificatione ecclesiae assignatis, per Cottum convistum esse. - 31 jan. 1779. - 7/162. ✓

Universitas Cottus Simighiensis querelas contra parochum Hetesiensem et Szentbenedekiensem ob exactiones stolares depromptas fâne opportuni iisdem adferenci Eppo transponit. - 25 jan. 1779. - 7/158. ✓ M.

Rescriptum est Universitati Cottus respectu excessuum per filialistas Kaposujlakienses et Kiskorpádienses parochis suis Hetesiensi et Szentbenedekiensi in forma querelae imputatorum. - 2 martii 1779. - 7/159. ✓

Cottus ratione praestationum parochi Szentbenedekiensis. 4 martii 1779. - 7/160. ✓

Cottus instantias per parochos Szentbenedekiensem et Buzsákiensem circa competentias suas exhibitas, communicat. 2 nov. 1779. - 7/160. ✓

Molestiae parochi quoad praestationes lecticales. - 1779. /Acta perit/

Rescriptum ad Universitatem Cottus penes readnexas parochorum Szentbenedek et Buzsák pro assistentia magistruali supplicantium in negotio praestationum accurate sibi faciendarum. - 16ndec. 1779. - 7/161. ✓

Josefo Pierer suffraganeo Jaurinensi in praepositura S. Benedicti, antiqua ecclesia destructa novam alio loco aedificare intendenti, scriptum est. - 19 nov. 1784. - 11/44. ✓

Conscriptio noviter inducendae in Korpád capellaniae. - 7 oct. 1785. - 11/45 ✓ P.

Praepositus Pierer a crudo et juvenili parochio liberari orat. Significat se ad praeposituram discessurum et circa continuationem aedificii opportuna dispositurum ac parochum omni deputato aliisque gratuitis hucdum oblatis proviaturum. - 3 jan. 1786. - 11/46. ✓

Praepositus Pierer super injustis et infundatis praetensionibus parochi Joannis Vida, queritur. - 12 martii 1786. - 11/47. ✓

Praeposito Pierer ecclesiae Szentbenedekiensis in statu imperfecto haerentis, nec non scholae magistro et parochi commoda habitatione improvisae scriptum est. - 17 junii 1788. - 11/48. ✓

Conscriptio proventuum fixorum parochiae. - 1788. - 11/1. ✓

VAD instantiam nobilium Kiskorpádiensium pro locali capellano supplicantium favorabili cum opinione transponit. 13 febr. 1790. - 11/49. ✓ M

Difficultates quoad divisionem proventuum intercalarium Divendita per rationistam ecclesiae vinea. Difficultas quoad executionem testamenti Joannis Vida parochi condam Szentbenedek. - 5 julii 1791. - 14/73. ✓

Vidua Szelestey aedificatam per se in promontorio Kaposmérőensi capellam benedicendam ordinari petit. - 22 dec. 1793. - 14/74. ✓

Relate ad instantiam Kiskorpádiensium curatorem animarum e Fundo Religionis 300 Flrum congrua providendum, introduci ad se supplicantium, opinio petitur. - 1 julii 1794. 14/75. ✓

Intuitu introducendi ad Kiskorpád localis capellani facta Exc. Consilio repraesentatio. - 24 julii 1794. - 14/76. ✓

Provisio expositurae Kiskorpád usque superventuram parochiarum regulationem suspendenda decernitur. - 12 aug. 1794. - 14/77. ✓

Ladislaus Gál petit facultatem capellam erigendi in Kaposmérő. Adjacet numerus animarum catholicarum in loco. - 23 aug 1796. - 14/78. ✓

Praepositus Pierer super imposito sibi parocho hujati annuo onere 99 Fl 28 xr pendendi, consilium Eppi exquirat. 13 oct. 1798. - 14/79. ✓

Parochus Páhy datas a se dominio quoad pratum Csurdok quod illud sit grationale, ad placitum non ad parochiam pertinens, reversales annullari orat. - 1 sept. 1799. - 14/80. ✓

Intuitu restaurandorum adeptorum quorundam agrorum parochialium Jo sefus Pierer interpretatur. - 25 jan. 1800. - 14/81. ✓

Praepositus Pierer parochi circa jura parochialia propositas difficultates diluit. - 1800. - 14/82. ✓

Parochus Páhy filialistas quoque ad aedificia parochialia restauranda adstringi petit. - 23 martii 1801. - 19/22. ✓ M.

Parochus restitutionem adepti prati Csurdók procurari petit. - 26 apr. 1801. - 19/23. ✓

Parochus quoad pratum Csurdók sub lite positum antiquo usui restitui supplicat. - 1 aug. 1801. - 19/24. ✓

VAD refert, quomodo parochus Páhy fundos ludimagistri Szentbenedekiensis cum ludirectore Méreiensi partitus fuerit, aurigamque suum ludimagistrum in Szentbenedek constituerit. - 8 maji 1802. - 19/25. ✓ M. P.

Praestationes ludirectori competentes a singulo nimirum pari 9 den. et 1/4 frum. metr. Poson. a jugalibus autem provisus unus currus ligni focalis, per filialistas subtrahuntur. - 13 julii 1802. - 19/26. ✓

Parochus Páhy intolerabilium per officiales sibi illatarum pertaesus resignat. - 6 jan. 1803. - 19/27. ✓

In merito resignationis parochi Páhy praeposito Pierer scriptum est. - 27 jan. 1803. - 19/28. ✓

Josefus Árvay nomine Pusztakorpádiensium, donatam in perpetuum per viduam Nicolai Siklósi pro introducendo locali capellano cum adjacente horto domum significans, VADM fine ejusdem solemniter acceptandae exmitti, - ablata per Joannem Kulcsár condam curatorem eccl. ex aedificatione ejusdem remensa 40 millia tegularum per successores restitui ac localem capellanum introduci supplicat. -
30 jan. 1803. - 19/29.

Josefus Pirer praepositus in merito querelarum parochi Páhy contra officiolatum porrectarum inquisitionem adornari petit. - 18 febr. 1803. - 19/30.

Praepositus vacantia parochiae relata cum adnexis precibus, ut pratum illud, quod parochiae pia liberalitate primitus addixit, sed cujus potior pars per officiolatum jam occupata sit, in integrum restitui facere dignetur. -
29 jan. 1804. - 19/31.

Praepositis ad Szentbenedek parochum resolvi et damna in parochiali domo et horto incuria defuncti parochi Páhy e relicta ejusdem substantia compensari orat. - 30 martii 1804. - 19/32.

Praeposito significatur Stefanum Szücs capellanum Mernyensem ad parochiam Szentbenedek ea cum spe dispositum haberi, quod domus parochialis aedificaque ecclesiastica ad bonum statum reducenda sint. - 3 apr. 1804. - 19/33.

Praepositus reparationem aedifiorum eo ex fundamento recusat, quod sua praepositura duo tantum catholicorum paria numeret, filialistae concursum praestare nolint. -
20 apr. 1804. - 19/34.

Praepositus ad praemissa sua intuitu meliorandae parochiae facta reflexus. - 7 maji 1804. - 19/35.

Gerardus Molnár praesidens Nagyatádiensis obtingentem ex subsidio supplementali Fl 227 parochiae Szentbenedekiensis summam, titulo administrationis residentiae suae extradari petit. - 5 julii 1804. - 19/36.

Intuitu instantiae Joannis Dadó molitoris Póstelekiensis
filiam suam per interimalem administratorem Gratus Barba-
rics nimis aspere tractantem querulantis rescriptum Comiti
Széchenyi. - 9 aug. 1804. - 20/31.

Praepositus dispositiones suas intuitu meliorandae parochi-
ae facta significat. / Et quidem: celebre pratum parochi us-
que dies vitae; 12 metr. tritici, 6 urnas vini et 1 sabel-
licum resolvisse; ac eidem e relicta praedecessoris sub-
stantia, ratione desolationis tam agris quam pratis et vi-
neae parochialis illatae justam bonificationem impendi pe-
tit. Promittit se novam domum parochialem aedificare. / -
18 sept. 1804. - 19/37.

Praeposito pro resoluta parochis Szentbenedékiensibus sub-
sidio, et concepto simul novae domus parochialis e solidis
materialibus exaedificandae, et parochis integrae addicen-
dae sessionis proposito, gratiae actae. - 7 nov. 1804. -
19/38.

Stefanus Szücs parochus de adempto per dominium parochiali
prato queritur. - 22 julii 1806. - 19/39.

Acta pratum parochiae Csurdok concernentia. - 4 nov. 1807.
19/40.

Josefus Kegyera parochus cincturam domus suae parochialis
apud dominium procurari orat. - 9 febr. 1810. - 19/41.

Parochus Kegyera de statu capellarum parochiae suae rela-
tionem facit. - 14 sept. 1811. - 24/22.

Documenta divisionem proventuum inter jubilatum parochum
Kegyera et administratorem concernentia. - 2 febr. 1815. -
24/23.

Responsa VAD-i ad questiones contra administrationem pa-
rochiae per Paulum Jugen Reg. Salis perceptorem positas.
18 martii 1815. - 24/24.

Exc. Camerae notificatur vacantia parochiae et proponitur
Paulus Puposs; ac etiam praesentatur. - 11 apr. 1815. -
24/25.

✓

✓

P.

✓

M.

✓

✓

P.

✓

P.

M.

✓

P.

M.

✓

✓

Quietantia Kegyeraiana super legatis a Péreriano legato pro ecclesia 400 Fl. - 1 julii 1815. - 24/26.

P.
✓

Parochus communicata instantia Szomajomiensium facultatem erigendi oratorium, ac una pro peragendis apud se Divinis capellanum linguae germanicae gnarum sibi dari supplicantium, quidnam pro fundo illius intertentionali ab iis postulaverit, iudicio Eppi substernit. - 5 dec. 1817. - 24/27.

M.
✓

Contractus Szomajomiensium circa intertentionem cooperato- ris fine ratihibitionis submittitur. - Ratihibetur. - 13 martii 1815. - 24/28.

M.
P.
✓

VAD Csokonyaensis relationem facit de erecta in Szomajom oratorio expetita sibi hoc benedicendi facultate. De statu ecclesiae Kiskorpádiensis in extrema desolationis devenientis. -- Ecclesia Kiskorpádiensis ocludenda ordinatur. - 28 dec. 1819. - 24/29.

✓

Parochus Puposs facultatem benedicendi oratorium Szomajomiensem petit. - 31 dec. 1819. - 24/30.

✓

Parochus Puposs ab onere duobus dominicis in Szomajom Divina celebrandi, iis contractui suo quoad intertentionem cooperato- ris non stantibus, absolvi orat. - 28 nov. 1824. - 39/23.

✓

Parochus Puposs referens agros certos per ludirectorem Kiskorpádiensem inde a 1790 pacifice possessos nunc per Gabrielem Kováts compossessore e jatem obtentu proprietatis ad eundem pertinentis occupatos esse, congrua in merito hoc disponi petit. - In nexu hujus expositionis mentionatus occupans ad restituendos agros vel assignandum facti sui rationem interpellatus, casum in contrarium causam via juris prosequendam iri. - 2 sept. 1827. - 39/24.

✓

VAD aedilia ligna pro fabrica ecclesiae Kiskorpádiensis per Eppum resolvi petit. - 1 nov. 1826. - 39/25.

✓

VAD planum et sumptuum projecta restaurandae ecclesiae Kiskorpádiensis submittit. - 12 febr. 1827. - 39/26.

M.
N.
✓

Acta parochiam tangentia occasione visitationis eppalis
exhibita; signanter:

Gravamina parochi; conscriptio prolium scholarium; tabella
prolium e mixtis matrimoniis progenitarum; extractus rati-
onum ecclesiarum Szentbenedek, Pusztakorpád, Szomajom, Ka-
posmérő; instantia cooperitoris subsidium orantis; supplex
ludimagistri Szentbenedekiensis ligna focalia porro quo-
que, sicut antea in usu erat, sibi assignari instantis. -
17 junii 1831. - 39/27.

Szomajomienses pro altari portatili supplicant. - 22 apr.
1834. - 39/28.

Parochus de exstruenda domo scholari Kaposmérőensi combusta
subsidium petit. - 19 sept. 1834. - 39/29.

Parochus pro accepto a Capitulo fine restaurandae combu-
stae domus scholaris Kaposmérőensis benigno subsidio gra-
tias agens una per Eppum eodem fine resolutos e Cassa Dioe-
cesana 150 Flros sibi submitti orat. - 3 nov. 1834. -
39/30.

M.
P.
V.
M.
V.
V.

K a p o s v á r .

Conscriptio parochiae. - 1733. - 41/72.

Relatio de statu proventuum et sumptuum ecclesiae. - 1745.
5/2. ✓

Projectum contractus cum oppidanis Kaposváriensibus quoad
intertentionem parochi ineundi. - /In originali et in co-
pia./ - 1751. - 5/34. M. ✓

Parochi districtus Kaposváriensis annuntiant mortem sui
VAD-i Joannis Horváth parochi Karádiensis, et in locum
ejus rogant promovere Stefanum Györe parochum Kaposvári-
ensem. - 9 jul 1759. - 5/4. ✓

Cum filialibus suis adest in cathalogo parochiarum distric-
tus Kaposváriensis. - 1775. - 7/4. ✓

Kaposvárienses instant pro germanico animarum curatore. - P. N. ✓
22 maji 1787. - 10/41.

Joannes Jankó parochus conqueritur educillum ecclesiae
suae jam per 50 annorum devorsum erga pendendum annum 10
Flrum censum in fundo dominali pacifice possessum recenter
per dominium occupatum esse, protectionemque hoc in merito
exorat. - Cum Ludovico Festetics in Füred et Toponár Divi-
norum celebrationem urgente proventus suos Toponárienses
meliorandos procurari ac subsidiarium sibi resolvi instat.
26 jan. 1792. - 13/31. ✓

Emericus Vitéz scholarum nationalium inspector stabilem
Divinorum normam pro scholastica juventute Kaposváriensi
introduci petit. - 3 apr. 1801. - 18/68. ✓

Benedictio crucum. - 30 martii 1802. - 18/69. ✓

Fundus instructus. - 1804. - 18/70. R ✓

Parochus facultatem crucem benedicti petit. - 1805. -
18/71. ✓

Vacantia parochiae patrono significatur. - 1 apr. 1805. -
18/72. ✓

Puncta foundationis ad aram Cordis Jesu. - 1806. - 18/73. ✓

Controversia inter parochum Franciscum Tulok et fiscalem Vályi. /Vide etiam acta personalia./ - 1806. - 18/74. ✓

Caëices ecclesiae deaurantur. - 1807. - 18/75. ✓

Decisio consistorialis ratione cryptae et devôtionis ad aram Cordis Jesu in capella ecclesiae existentis, suscipiendae tam parochi quam fundatori Vályi submissa. - 16 jan. 1807. - 18/76. ✓

Emericus Czigony parochus pro facultate novum coemeterium in filiali Vrátsik benedicendi supplex est. - 28 jan. 1833.
39/94.

Josefo Pusztai parochus significatur foundationem loco Flum per Emericum Czigony pro Sacris factam acceptari obligatorialesque de hoc capitali penes Officium asservari. -
22 dec. 1836. - 39/95.

Fundus instructus per Emericum Czigony parochiae legatus.-
15 febr. 1837. - 39/96.

N a g y b a k ó n a k .

Instantia Bakónakiensium pro introducendo parcho. - 1750. M.
5/52. ✓

Adest in cathalogo parochiarum districtus Kanisaensis. -
1775. - 6/1.

Contractus Récseiensium cum parcho Bakónakiensi. - 26 dec
1778. - 6/97.

Balthasar Inkey parochum Bakónakiensem ad celebranda more
solito in filiali sua Récse Divina stringi orat. - 29 jul. M.
1781. - 9/66. ✓

Matthias Szokoly significat se administraturam parochiae
assumpturum, si necessaria quoad habitationem, victum et
amictum a populo parochiano suppeditata fuerint. - 4 sept.
1787. - 9/67. ✓

Visitatio parochiae. - 1791. - 13/1.

Fundus instructus. - 1804. - 18/122.

Pertinacia parochianorum in advehendo p̄ store suo. - 24
febr. 1810. - 18/123.

Proventus parochi in Fl 338 xr 45 liquidantur. - 1 martii
1810. - 18/124.

VAD refert parochianos cum adventu suo jam quattuor currus
pro futuro curatore suo expedivisse. - 11 martii 1810. -
18/125.

Parcho de diminutione proventuum ob decrescentem fidelium
numerum questo medela a Visitatione Canonica speranda si-
gnificatur. - 31 oct. 1811. - 28/47. ✓

Parochus mortuus est, commendatur Gabriel Gyenese. - 21
febr. 1812. - Acta Seminarii 9/88.

Gabriel Gyenese cooperato Szántóensis administrator cre-
atus. - 3 martii 1812. - 28/48. - ✓

Cambium fundi parochialis cum prato Joannis Szegi. -
25 aug. 1816. - 28/49. ✓

P. M.
✓

Adamus Inkey de ecclesiae Récséensis cum Bakónkiensi unione propositionem facit; conservationem habitationis cooperatorialis ab se aedificandae, ac una 60 Flros in casum hunc adpromittens. - Resp.: petitio deferri non posse. - 30 aug. 1816. - 28/72.

Bakónkienses Joannem Forintos parochum Kapornakiensem ad solvendum ecclesiae suae debitum urgent adstringi. - 17 dec 1825. - 38/104. M.
P.
✓

Josefus Csépan parochus desolatum statum parochiae suae exponens ejusdem meliorationem exoperari supplicat, substernens in fine hunc opinionem suam. - 30 febr. 1827. 38/105. ✓

Parocho Csépan de restantibus praestationibus suis lecticalibus querulanti, modus, quo in exigendis iis procedendum habeat, suggeritur. - 11 apr. 1828. - 38/106. P.
✓

Parochus in ordine ad remedendam parochianorum suorum in ex-
plendis sibi debitis obligationibus tergiversationem, opem
Gubernii Dioecesanii implorat. - In cujus sequelam Dno An-
tonio Deák VComiti exaratae litterae quarum ope is, ad
frangendam dictorum parochianorum pervicaciam et impenden-
dam satisfactionem justis parochi juribus competentem, re-
quiritur. - 26 junii 1828. - 38/107. ✓

Parochus Csépan ex occasione proportionis, quam composses-
sores in territorio suo instituere intendunt, in ordine ad
tuenda jura parochialia, semet inviari orat. - 3 oct. 1828.
38/108. ✓

Parochus Csépan ad lites circa decimam e vineis quibusdam
in promontoriis Bakónkiensibus ecclesiae suae obvenientem
et controversiae obnoxiam amicis pactis consopiendum, pro
venia ineundae cum familia Szmodiss transactionis recur-
rit. - 5 junii 1830. - 38/109. ✓

Parochus Csépan tractatum cambiale super decimis certarum
vinearum ecclesiae obnoxiarum per se initum pro ratifica-
tione submittit. - Rati habetur. - 7 apr. 1831. - 38/110. M.
✓

Eppus interpellat Exc. Consilium, ut pro Sacris Fundationibus vacantibus Badacsonytomaj et Nagyrécsé adnexis, quae tempore intus exposito Tördemicensis et Bakónakien-
sis moderni dictarum vacantium expositurarum administrato-
res absolverunt, consueta stipendia his ex subsidio, quod
praementionatis vacantibus beneficiis e Fundo Religionis
assignatum habetur, exsolvenda gratiose disponi curare ve-
lit. - 23 oct. 1832. - 35/33.

Parochus Csépan recurrit pro facultate tectum ecclesiae e-
jatis nimis desolatum ex penu ecclesiae restaurare curandi,
nuntiando quasdam pro comparandi scandulis praevis jam fac-
tas esse expensas, submitbens una pro ratihabitione con-
tractum intuitu praefati operis cum ascario initum. -
Submisso super inducta vicariali ratihabitione praefato
contracto cum eo, ut parochus de qualiter perfecto praeli-
bato opere suo tempore documentatam praestet relationem. -
29 apr. 1833. - 38/111.

Parochus Csépan de perfecta ecclesiae suae intectione re-
lationem praestans, alios ejusdem ecclesiae tum in coppo-
re tum interna supellectili indilato succursu egentes de-
fectus recenset et sumptus pro iisdem sarciniis exorat. -
In sequelam hujus recursus per Eppum resoluti sunt 150 Fl
e Cassa Dioecisana. - 20 julii 1833. - 38/112.

Parochus Csépan pro reparatione ecclesiae suae promissos
150 Flnos resolvi orat referens scholare aedificium futu-
ro vere inomisse restaurandum fore. - 6 oct. 1833. -
38/113.

Parobhus Csépan de sorte sua in medio plebis egenae ac pra-
vae omnino adflicta querulans, pro subsidio quondam in com-
pensationem expensarum processualium ad vindicanda prochi-
alia jura insumptarum, resolvendo et alio commodiori bene-
ficio in quo cum animi quiete muniis pastoralibus defungi
valeat supplicat, exhibendo copiata memorati processus
acta. - Per Eppum deesse occasionem, ut alio beneficio suc-
curri valeat, ad sublevandum egestatem resolvi 150 Flnos.-
7 oct. 1833. - 38/114.

✓

M.
P.
✓

✓

M.

✓

Parochus Csépan rationem reddit de 150 Flinis pro reparationibus ecclesiae suae per Eppum resolutis. - 27 nov. 1833. - 38/115.

M.
✓

Communitas Bakónakiensis pro benigno Eppi fieri reparandae ejatis ecclesiae praestito 150 Flrum subsidio gratias refert submittendo una determinationem quoad restaurandam domum scholarem initam. - 11 maji 1834. - 38/116.

M.
✓

Parochus Csépan fmsius describit vicissitudines suas quibuscum in moderna sua parochia conflictatur, hisque pro sui ad aliud beneficium translationem medelam adferri orat. Porro consulit Eppum: num dominum Adamum Inkey ob injurias sibi illatas altiori loco deferre possit? Demum projectat ut spirituali fidelium Nagyrécseensium provisioni non per introducendum localem curatum, sed medio capellani ad Bakónak disponendi prospiciatur. - Eppus ad 1-um suadet: ut opportuno cambio viam sibi ad congruam e moderna statione mutationem adaperiat. Ad 2-um scire cupit an non ad injurias inferendas ansam aliquam et occasionem domino Inkey suppeditaverit. Eidemque committit, ut ea quae contra dominum Inkey altiori loco proponi desiderat, omnium ingenuitate et exaltitudine in scriptum referat, ut nihil sit, quod non ad omnem certitudinem evinci etiam probarique possit, quibus habitis ulteriores eum accepturum ordines. Ad 3-um remotam possessionis Nagyrécse a Bakónak distantiam et praeprimis difficilem certis anni temporibus accessum stabilem in ea curatum deposcere, et cum casum in omnem inevitabilis sit aedificandae ecclesiae necessitas eidem committit: ut quoad modum materialia hunc in finem procurandi, ac ex his ad minus sanctuarium exstruendi planum aliquod ab opificibus elaborari curet, ut cum sumptuum projecto juxta inviationes jam alias acceptus Eppo exhibeat. - 15 julii 1834. - 38/117.

M.
P.
✓

Eppus ex Cassa Dioecesana assignat 100 Flnos pro aedificanda domo scholari Bakónakiensi. - 1 sept. 1834. - 38/118.

✓

N a g y b e r é n y .

Exercitium religionis in Nagyberény et Som ante Commissionem Pestensem. - 41/80.

Comitissa Esther Ebergényi pro facultate in possessione Som ecclesiam aedificandi supplicat. - 4 apr. 1757. - 5/53. M ✓

Pro ecclesia reliquit 25 Flros Stefanus Lenthly praepositus major Capituli Wesprimiensis. - 1760. - 5/54. ✓

Adest in cathalogo parochiarum districtus Palotensis. - 1775. - 6/2.

Joannes Nyese horsum investitus. - 15 nov. 1775. - /Acta periiit/

Paulus Rátóti parochus antiquam ecclesiae Peremartoniesis Christi Sepulchrum ecclesiae suae donari petit. - 18 nov. 1782. - 9/68. ✓

Proventus stolares. - 28 nov. 1782. - 9/69. ✓

Josefus Magdics parochus per provisorem Capituli Kilitiensem in eo delatus, quod scandulas e tecto ecclesiae Berényiensis depositas et pro reparatione tecti sacristiae ecclesiae Ságváriensis destinatas pro foco domus suae retinuerit, se exculpate nititur. - 30 sept. 1785. - 9/70. P. ✓

Parochus Magdics quid cum acatholicis Somiensibus et Nagyberényiensibus campanas olim suas in usum catholicorum translatas aut pretium earundem repetentibus agendum sit, inviari orat. - 4 dec. 1787. - 9/71. ✓

Relatio Nagyberényiensium calvinistarum oratorium sibi dari petentium. - 6 aug. 1788. - 10/53. P.M. ✓

Cathalogus librorum parochiae. - 1807. - 18/126. ✓

Franciscus Pátzay parochus facultatem defectibus ecclesiae e penu ejusdem succurendi sibi impertiri orat. - 13 nov. 1810. - 18/127. ✓

Statisticae observationes. - 1820. - 26/51. ✓

Lisd meg 8/108! (Vörösbényi)

Georgius Sipos parochus in refusionem campanae et procurationem monstrantiae petit sumptus ex ecclesiae peculio adplacidari. - 10 oct. 1829. - 38/30. ✓

Parochus pro facultate 237 Fl pro duabus campanis e peculio filialis ecclesiae Somiensis exsolvendi supplicat. - 2 aug. 1834. - 38/31. ✓ P.

Parochus transmittit duas campanas Somienses per Eppum benedicendas. - 16 aug. 1834. - 38/32. ✓ P.

N a g y b e r k i .

Litterae parochi Kaposvárisnesis: utrum Berki et Mosdós ad parochiam Kercseliget commode adnecti valerent? - 31 aug. 1765. - 5/41.

Litterae Comitissae Christophori Niczky pro dispensatione promulgationibus filiae elargiendae. - 8 sept. 1772. - 6/98. *november*

VAD intentionem Comitissae Niczky capellam suam Berkiensem novendiali devotione consecrari cupientis significat. 20 jan. 1780. - 7/8.

Catharina Jankovich pro facultate exstruendi in sua capella Berkiensi oratorium pro se privatum, recurrit. - 2 maji 1780. - 7/9.

Catharina Jankovich pro facultate in sua capella exponendi Sanctissimum, instat. - Facultas concessa. - 15 dec. 1785. - 10/60.

Catharina Jankovich pro facultate servandi in capella sua novem dierum devotionem in honorem Sancti Joannis a Deo, supplicat. - Facultas concessa. - 13 jan. 1782. - 10/61.

Cōttus de erigenda parochia in Berki. - 1782. - 41/74.

Ladislavus Schmidegg capellanum petit ad Berki sibi resolvi. 29 martii 1790. - 10/62.

Comes Ladislavus Schmidegg idoneum aliquod individuum cum fine anni scholastici ad Berki pro capellano aulico resolvi orat. - 23 aug. 1795. - 13/74.

Ladislavus Schmidegg capellanus aulicus proxime mittendus appromittitur. - 4 sept. 1795. - 13/75.

Josefus Ján capellanus constituitur. - 5 sept. 1795. - Acta Seminarii 8/119.

Ladislavus Schmidegg de valetudinario capellani sui étatu relationem praestat, et in locum ejus alium resolvi instat. - 18 sept. 1797. - 13/76.

Ladislaus Schmidegg pro submisso sibi Antonio Hiloczky capellano gratias agit. - 24 oct. 1797. - 13/77. ✓

Comes Schmidegg pro capellano aulico disponendo supplicat. 15 dec. 1802. - 16/93. ✓ P.

Comes Schmidegg in locis patris franciscani individuum ecclesiasticum sibi dari petit. - 4 junii 1820. - 26/52. ✓ M.

Comes Schmidegg respondet se ob modernas suas circumstantias nunc adhuc intentionem Eppi circa stabiliendam in Berki parochiam secundari non posse. - 11 aug. 1820. - 26/53. ✓ M.

Paulus Palaczky cum obligatione, sermonem sacrum in ecclesia habendi et scholae trivialis curam habendi pro capellano aulico dispositus. - 25 nov. 1820. - 26/54. ✓ M.

VAD nomine Joannis Schmidegg et Francisci Somogyi recurrit pro constituendo ad Berki capellano aulico ad faciendum necessitatibus spiritualibus tot fidelium apto; non secus pro facultate in coemeterio Berkiensi per praefatum Comitem neo-erectam capellam benedicendi, et exuvias pie defuncti Comitiss Ladislai patris sui ad criptam ejusdem transponendi. - In nexu petitionis hujus committitur VAD-o declaratio facienda Comiti Joannis Schmidegg, ut beneficio privatam Georgium Galamb illuc arcessat, usque tempus ulterioris dispositionis, cum modo ex clero juniore dioecesis aptum illuc subjectum absque damno curae animarum illuc disponi non possit. Facultas benedicendi capellam et transferendi cadaver delegata est. - 16 nov. 1821. - 41/3. ✓

Pro locali animarum pastore instamt. - 22 nov. 1823. - 41/4. ✓ M. P.

Comes Josefus Schmidegg de introducendo ad Berki erga praestandam per se dotationem capellano propositionem facit. - 8 nov. 1825. - 41/7. ✓ P. M.

Rescribit Eppus Vic. Generali se desiderio Comitiss Schmidegg quoad inducendum alterum capellanum ad Attala mox delaturum, si convenientem habitationem et servitium 120 Fl eidem adduxerit. - 24 nov. 1825. - 41/8. ✓ M. P.

Comes Schmidegg significat se capellano suo aulico Berkiensi ultra 60 Fl solvere non posse, tum dolorem super eo suum aperit, quod super hoc salario per se resoluta reversales a se requiruntur. - 9 jan. 1826. - 41/9.

M.
P.
✓

Comes Schmidegg determinatione Eppi quoad inducendum in Berki capellanum minus ~~aliter~~ contentus reflexionesque suas depromens alteriorem recipit Eppi declarationem. - 28 jan. 1826. - 41/10.

M.
✓

VAD provocatur: ut de subortarum inter parochum Attalaensem et Comitem Schmidegg intuitu intertentionis capellani Berkiensis differentiarum merito, adaequatam relationem praestet. - 7 oct. 1829. - 41/11.

✓

Joannes Kéry parochus Attalaensis alterutrum capellanorum suorum, uno sibi sufficiente, a latere suo dimoveri petit. 19 oct. 1829. - 41/12.

✓

VAD de negotio controversiae inter parochum Attalaensem et Comitem Schmidegg subortae relationem praestat. - 30 nov. 1829. - 41/13.

P.
✓

Parochus Attalaensis de divinatorum ordine in capella Berkiensi per Comitem Schmidegg impedito. - 1830. - 41/14.

M.
✓

Parochus Attalaensis exortas novius inter se et Comitem Schmidegg controversias querulose recurrens fine accipiendae ad praeccludendam ulterioribus dissidiis ansam, evocatus exstitit. - 7 apr. 1830. - 41/15.

✓

N a g y e s z t e r g á r .

Eppus Biró facultatem dat Francisco Ányos neo-impopulato praedio Esztergár per quemcumque sacerdotem Divina celebrandi curare. - 2 dec. 1749. - 6/235. ✓

Intuitu instantiae communitatis Esztergár pro subsidio neo-erigendae apud se ecclesiae supplicantis peracta investigatio Exc. Consilio substernitur. - 24 jan. 1776. - 6/48. ✓

Petitio Esztergáriensium pro subsidio in erectionem ecclesiae suae resolvendo supplicantium deferri non posse intimatur. - 14 martii 1776. - 6/49. ✓

Joannes Ányos quo a moderno crudo franciscano liberari possit, petit facultatem quemdam capuccinum ex Mór pro administratione sibi adferendi. - 21 aug. 1779. - 6/50. ✓

Raymundus Rákša minister provincialis franciscanorum significat guardiano Wesprimiensi Athanasium Weninger conventui ejusdem id circo esse inscriptum, ut si dnus Ányos administratorem ad Esztergár desideraverit, eorsum exmittatur. - 15 aug. 1783. - 8/48. ✓

Joannes Ányos contra Athanasium Weninger querelas deponit, et quoniam e franciscanis quietum hominem sperare non possit, administrationem Esztergáriensium Conventui Zircensi concedi orat. - 2 oct. 1785. - 8/49. ✓

Indultum est administrationem ecclesiae Esztergáriensis aliquis ex patribus Zircensibus assumere possit. Priori conventus praescriptum est, ut de competenti denominandi administratoris mercede cum Dno Ányos ac parochianis tractet, et aptum aliquem proadministratore denominet. - 9 jan. 1786. - 8/50. ✓

Joannes Ányos patrem Athanasium ad dandas super proventibus ecclesiae rationes adstringi orat. - 9 dec. 1786. - 8/51. ✓

Engelberti Vogt querulae contra dominam suam ob inconvenienti secum agendi ratione. - Sine dato. - 8/52. ✓

Joannes Ányos dominus terrestris instantiam fidelium, ob neglectam sui in spiritualibus per conventum cisterciensem provisionem pro introducendo locali capellano supplicanti-
um recommendat. - 30 sept. 1795. - 12/217.

P.
M.
✓

Fundatio Ignatii Ányos loco Flurum pro Sacris perpetuis per administratorem Esztergáriensem persolvendis. - 11 dec. 1804.
15/201.

P.
✓

Ignatius Ányos petit Eppum, ut se patrónum ecclesiae non nominet. - 2 junii 1817. - 21/57.

✓

VAD supplicem Esztergáriensium pro exoperandis ab Exc. Con- silio in reparationem ecclesiae suae sumptibus Vic. Generali transponit. - 20 febr. 1828. - 30/53.

N.
✓

Mutatio administratoris. - 7 febr. 1832. - 30/55.

N a g y k a n i z s a .

P. Martinus Egyházy guardianus Kanisaensis exponit violentiam per canonicum Zágrábiensem et dioecesis ejusdem visitatoris in Kiskanizsa illatam. - 1748. - 5/55. ✓

Parochus Szepetnekiensis copulavit sponsam de Kiskanizsa. 1757. - Acta dismembrationis 49.

Memoriale P. Timothaei Bakónaki guardiani de parochia. - 11 apr. 1757. - 5/56. ✓

P. Timothaeo Bakónaki administratori parochiae facultas novum coemeterium benedicendi concessa. - 14 nov. 1757. - 5/57. ✓

Reversales Georgii Bedő VAD-i super nonnullis documentis pro, informatione parochiae Kanisiensis e conventu Kanisiensi PP. Franciscanorum exceptis: Duo protocolla antiquissima parochiae Kanisa adhuc per PP. Jesuitas conscripta. - Facultatem per Eppum Paulum Széchényi duas missas celebrandi patribus concessum de 31 jan. 1702. - Ab Eppo Volkra facultas administrandi pagos Récese, Ujudvar et Bakónak 2-a sept. 1711. - Testimonium condam parochi Kiskomáromiensis et simul etiam Kanisiensis Joannis Szentgyörgyi, quod cesserit parochiae Kanisiensis administrationem patribus franciscanis anno 1705. - 5/58. ✓

VAD refert ex suprafatis antiquis protocollis patere anno 1690 incepisse PP. Jesuitas missionarios administrare parochiam Kanisa ét vicinas possessiones, anno 1702 jubente Eppo Paulo Széchenyi eand. parochio Kiskomáromiensi Joanni Szentgyörgyi resignasse et hunc eundem PP. franciscanis anno 1705 cecidisse. - 2 apr. 1757. - 5/59. ✓

VAD ex adlatis per se rationibus administrationem parochiae Kanisiensis franciscanis adimi et ecclesiasticis concedi petit. - 1758. - 5/60. ✓

Josefus Batthyány petit facultatem in sacello domestico fratris sui Adami diebus domini et festis Sacrum celebrandi. 3 nov. 1760² - 5/61. ✓

Josefus Batthyány Aëppus Colocensis pro exhibita fratri suo Adamo in expediendo quoad sacellum brevi episcopali gratia grates reperit. - 24 nov. 1760. - 5/62. ✓

Patres piaristae Kanisam introducti sunt anno 1765. - 5/63. ✓

VAD-o committitur, ut ex parte Eppi sit praesens dum per hominem dominorum fundatorum piaristae Kanisienses in realem possessorium foundationis introducentur et introductionis seriem referat. - 22 sept. 1765. - 5/64. ✓

Balthasar Inkey petit facultatem sacellum Kanisiense reaedificandi. - 12 apr. 1768. - 5/65. 2

VAD excessus Georgii Golátz parochi Szepetnekiensis repraesentat. - 21 apr. 1757. - 5/86.

Nominatur in cathalogo parochiarum districtus Kanisiensis. - 1775. - 6/1. ✓

Apollinaris Csébi guardianus piaristas a compulsu hora nona, tempore quippe concionis parochialis, in capella sua S. Joannis Nepomicaeni instituti solito inhiberi orat. - 24 maji 1773. - 6/99. ✓

Quantumnam piaristae Kanisienses e fundis suis immobilibus sive in natura, sive in aere parato annue percipiant? - perscribi ordinantur. - 17 oct. 1774. - 6/100. ✓

Acta introductionis eremitae pro custodia calvariae Kanisiensis per Balthasarum Inkey. - 1782. - 9/80. ✓

Visitatio parochiae. - 1791. - 13/1.

Patribus Schol. Piarum residentiae Kanisiensis facultas Missae Sacrificium in sacello, quod in domus residentiae suae edificio habent celebrandi, restabilita. - 1792. - 13/78. ✓
Jan. 26.

P. Mansuetus Málits administrator erectum per graeci ritus non unitos Kanisienses ligneum campanile significat. - 19 febr. 1795. - 13/79. ✓

Senatus civitatensis inviam petit num legatum Pauli Szombathelyi parochi condam Sziliensis pro hospitali in 200 Fl. consistens, ac quando et cui extradatum habeatur? - 1802. - 18/128. ✓

Pro submissa loco Fl per parochum Sziliensem Paulum Szombathelyi xenodochio Kanisiensi relictis gratiae aguntur. - 28 oct. 1802. - 18/129. ✓

Submissi sunt magistratui oppidano Kanisiensi loco Flni, ad quos idem et testamento denati Pauli Szombathelyi parochi condam Sziliensis pro parte gremialis sui xenodochii praetensionem formaverat. - 17 nov. 1802. - 18/130. ✓

P. Hilarion Horváth Szentmiklósiensis curator se ad districtum Kanisaensem adpertinere ostendens incommodum curatiae suae ex conventu provisionem oculis Eppi substernit. - 28 febr. 1803. - 18/131. P. ✓

Michael Tordy Sch. Piarum superiore ecclesiae suae calcem per judicem localem illocatam esse referente scriptum est VAD-o. - 17 aug. 1813. - 28/50. ✓

Superior Scholarum Piarum petit indulgeri, ut ad sacellum suum confluentes fideles per auditionem Missae praecepti ecclesiae satisfacere possint. - Concessum est. - 20 dec. 1813. - 28/51. ✓

Hilarius Háry administrator parochiae de plenariis indulgentiis in parochia Kanisiensi largiendis edocetur. - 8 maji 1816. - 28/52. ✓

Litterae fundationales crucis in promontorio Szentgyörgyvár erectae. - 17 maji 1816. - 28/53. P. M. ✓

Vinicolae promontorii Bagolaensis ad crucem per Franciscum Szerecz erectum omnimodo curandum se obligant. - 1 junii 1816. - 28/54. P. M. ✓

Guardianus Kanisiensis e vacante abbacia Murakeresztur conventui suo egeno frumento succurri onat. - 14 nov. 1817. - 28/55. ✓

Erga reversales super conservatione capellae in promontorio Cserfő erectae eandem benedicendi facultas collata VAD-o. 25 maji 1820. - 28/56. P. M. ✓

Processio occasione resurrectionis in ecclesia civitatis admitti petitur. - 2 julii 1820. - 28/57. P. M. ✓

Communitas Kanisiensis humillime interpellat Eppum quatenus indulgere dignaretur, ut sepulchrum Christi una cum solemnis resurrectionis servari possit in ecclesia S. Joannis ejati ad fovendam fidelium inter tam numerosum judaeorum coetum pietatem. - 29 martii 1821. - 38/119.

N.
✓

Antonius Makay Eppus libellum supplicem communitatis oppidanae Kanisiensis in merito fundorum ecclesiae Kiskanisaensis vendendorum adornatum Vicario Generali transmittit eo: ut is ex poenitiis sibi notis circumstantiis id determinet, quod utilitati tum factae ecclesiae tum recurrentium magis profuturum viderit. - In hujus nexu VAD-o committitur: ut sine mora ad Kiskanizsa procurrendo auditis qui de re testari poterint oppidanis, titulum quonam fata ecclesia dictos fundos possideat, cognoscere satagat, prout et id num venditio hujusmodi majus emolumentum ecclesiae adlatura sit? - 20 jan. 1824. - 38/120.

M.
✓

VAD in vendendorum ecclesiae Kiskanisiensis fundorum relationem praestat. - 3 julii 1824. - 38/121.

✓

Pacificus Gáspár administrator parochiae ampliati coemeterii erectarumque crucum benedicendi facultatem accipit. - 24 junii 1828. - 38/122.

✓

Duas cruces benedicendi facultas data. - 1828. - 38/123.

M.
✓

Administrator parochiae supplex est, ut P. Thomas recentius ad conventum dispositus a molesto dispendiosoque subeundi coram synodalibus examinatorebus in ordine ad obtinendum jurisdictionem examinis gratia Wesprimium faciendo itinere dispensetur, eundemque pertentandi potestas viciniori VAD-o delegetur. - Petitio denegata. - 1832. - 38/124.

P.
✓

Facultas datur crucem in Kiskanizsa benedicendi. - 5 nov. 1832. - 38/125.

✓

N a g y k a p o r n a k .

Eppus Biró pro infultione neo-nominati abbatis Ladislai Kecsksés diem 2-am februarii praefigit. - 14 jan. 1751. - 5/66. ?

Informatio de parochia. - 26 jan. 1753. - 5/67. ✓

Ladislaus Kecsksés abbas parochum quo ocyus ad Kapornak disponi petit, ne interimalis P. administrator vegetabilia horti omnia dilapidet, - victum eidem offert, agros prata et vineam ei se mox traditurum promittit, sperans ab Eppo quoque aliquale subsidium. Filialem ademptam Bezeréd parochiae re- M. adfiliandam exoptat. - 22 jun. 1758. - 5/68. ✓

Adest in cathalogo parochiarum districtus Kanisiensis. - 1775.- 6/1.

Ignatius Koller Eppus Comitem Franciscum Berchtold canonicum Strigoniensem et nominatum abbatem Kapornakiensem ad petendam pro abbacia sua quam uno jam anno possidet, investituram et benedictionem admonet. - 3 martii 1764. - 6/101. ✓

Admonito et simul a pontificalium usu et suscenta citra arbitrium Suae Excellentiae a quo alias de jure penderet titulo abbatiae de Kapornak, benedictione, prohibitio super-attacto per Eppum facta. - 5 dec. 1764. - 6/102. ✓

Dno Eppo Richvaldszky abbati de Kapornak rudera veteris ecclesiae in aedificium novae domus parochialis transferendi, necnon et pontificalia exerrendi facultas concessa. - 24 julii 1774. - 6/103. 1778 ?

Franciscus Comes Berchtold Eppus Neosoliensis voluntatem suam debitum 500 Flrum apud quemdam molitorem exhaerens in piam pro Sacris perpetuis foundationem convertendi significat, et annuum Eppi expetit. - 17 martii 1780. - 6/104.

Carolus Nagy parochus facultatem petit Viennam ascendi, quo patrono ecclesiae suae defectus ejusdem coram exponere possit. - 9 jan. 1783. - 9/72. ✓

Cambium agrorum parochialium cum agris dominalibus. - 23 jul 1786. - 9/73. ✓

Responsum est Exc. Consilio relate ad praetensa in sylva Kapornakiensi patrata miracula. - 11 nov. 1786. - 9/74. ✓

Comes Franciscus Balassa dispositiones intuitu crucis in sylva Kapornakiensi recentius inventae et praetensive miraculosae altiori loco emanatas parrocho ejati pro directivo notitiae statu communicari petit. - 29 dec. 1786. - 9/75. ✓ N,

Carolus Nagy parochus de qualiter facta crucifixi et imaginis Beatae Mariae Virginis inter sylvas Kapornakienses in deserta ecclesia ab eremitis relictas in ecclesiam parochialem illatione, advolvens sermonem per se immediate sequenti dominica de cultu S. Reliquiarum et Imaginum ad populum habitum, relationem praestat. - 15 jan. 1787. - 9/76. ✓ M.

VComes Cottus Zaladiensis parochum Kapornakiensem eo inviari petit, ut in mutua cum districtuali Judlium cointelligentia sedulo invigilet: ne populus sub praetextu devotionis erga crucem in sylva Kapornakiensi inventa, consuetos labores negligat. - 25 jan. 1787. - 9/77. ✓ M.

Conscriptio proventuum parochiae. - 1789. - 9/78. ✓ P.

Fine exassignandae congruae cooperatori Kapornakiensis Georgii Kiss Exc. Consilio repraesentatio facta. - 13 dec. 1789. - 9/79. ✓

Visitatio parochiae. - 1791. - 13/1.

Emensos e Fundo Religionis pro parte cooperatori Joanni Matovics Fl. 50 assignari petitur. - 1791. - 13/80. ✓

Exassignantur 50 Fl. - 1791. - 13/81. ✓
Apr. 4.
Apr. 5.

Comes Antonius Amadé parrocho Kapornakiensi injungi petit, ut laesiones suorum jurium parochialium scripto apponet. - 4 febr. 1798. - 13/82. ✓ M.

Comes Amadé difficultates per parochum Kapornakiensem quoad jura parochialia propositas diluit. - 1798. - 13/83. ✓

Capitale Fl 6 Pauli Tóth coloni Misefaensis pro conserva-
tione crucis S. Salvatoris legatum, intabulatum refertur
Exc. Cosnilio. - 1 martii 1800. - 13/84. ✓

Pro stipendio Sacrorum Fundationalium exassignantur Flhi 24.
29 maji 1802. - 16/155.

Exassignatio congruae capellanalis petita ab Exc. Consilio.
27 nov. 1802. - 18/132. ✓

Capellano supplementum congruae 50 Flni assignantur. -
21 dec. 1802. - 18/133. ✓

Stefanus Balásy cooperator ob dissensiones cum parochi et
difficilem congruae suae ex cassa Leploglavensi levationem
ad Sümegiensem vel Szántóensem capellaniam transferri orat.
27 jülis 1803. - 18/134. ✓

Abbas Paulus Rozsos proventibus parochi e suo loco Flnos
annue addicit. - 23 aug. 1804. - 18/135. ✓

Relatio VAD-i de imagine Beatae Mariae Virginis in eccle-
sia existente. - 30 nov. 1804. - 18/136. ✓ M. P.

Parochus Kapornakiensis memoratam imaginem necdum remotam
esse per VAD-m significat, - item de Sacris 48 per coope-
ratorem absolvendis nullum inter parochiae documenta repe-
riri vestigium. - 19 dec. 1804. - 18/137. ✓

Exc. Consilium ad submittendam in locum diperditae donsi-
gnationem 48 Sacrorum Fundationalium provocatum. - 12 mart
1805. - 18/138. ✓

Parochus legatum 200 Flrum pro Sacris perpetuis ecclesiae
suae affixum periclitari significans; facultatem certa su-
pellectilia ecclesiae suae procurandi sibi concedi; capel-
lanum loco moveri orat. - 9 dec. 1805. - 18/139. ✓

Pro vacante parochia Joannes Forintos Seminarii viceprae-
fectus proponitur. - 10 jan. 1810. - 18/140. ✓

Cambium parochi cum abbate rati habitur. - 1812. - 28/58. ? ✓

Querelae parochi in merito restricti per dominium pascui
et glandinationis. - 15 dec. 1813. - 28/59. ✓

Fraetensa per Vicarium Strigoniensem in abbatem Kapornakiensem jurisdictio. - 9 aug. 1815. - 28/60.

P.
✓

Juramentum fidelitatis abbatis Martini Lorentz. - 14 nov. 1815. - 28/61.

P. N.
✓

Parochus de fundatione 200 F^lrum erga Sacra perpetua positus, artibus debitoris periclitante relationem facit. - 15 nov. 1815. - 28/62.

✓

Parochus e paramentis sacris post mortem abbatis Rauscher ecclesiae suae obtingentibus albam unam pretiosiore et duo rocheta Wesprimium promovere jubetur. - 1819. - 28/63.

✓

Fiscalis Kapornakiensis ex commissione abbatis Lorentz recurrit pro summa 2087 Fl, si non integra saltem medietate ex massa sine testamento decedentis abbatis Nicolai Rauscher fundo Dioec. Wesprimiensis illata titulo reparandae turris ejatis resolvenda. Projectum una et sumptuum submittit. - Expetitur consilium dni Antonii Juranits Cons. Locumtenentialis an intuitu hujus petiti recursus altiori loco formandus sit, aut sine hoc brevi manu assignari possit praeattacta summa, aut an petitum destinationi Fundi Dioec. non undequaque consonum plane declinandum sit. - 3 julii 1823. - 38/126.

M.
P.
✓

Fiscalis domini fine exoperandae et consignandae ex substantia defuncti abbatis Rauscher ecclesiam Kapornakiensem concernentis quottae recurrit. - 1824. - 38/127.

P.
✓

Status activus et passivus ecclesiae pro anno 1824-25. - 38/138. **38/128.**

P.
✓

Joannes Scitovszky neonomatus abbas facultatem obtinet pontofocalia in dioecesi exercendi. - 1830. - 38/139.

✓

Documentum fundationis de celebrando Sacro anniversario Martino Lorentz. - 5 sept. 1830. - 38/140.

✓

Joanni Harmat capellano circa augmentum salarii sui propositionem facienti scriptum: sibi tribuendum haberè, quod hujus decessum patiate, nec superesse aliud medium, quam ut bona modalitate illud denuo obtinere nitatur. - 1831. - 38/141.

✓

Parochus Forint̄s exponit desolatum fundationum Berchtoldi-
anae et Hertelendyanae, in quem per devaluationem positae
sunt statum, et orat numerum Sacrorum Fundationalium mo-
dernaē conditioni harum fundationum accommodari. - 6 febr. ✓
1833. - 38/142.

Balthasar Inkey accipit facultatem ecclesiam aedificandi in Récse. - 8 maji 1751. - 5/69. ✓

Petitur facultas, ut ecclesia in Récse jam effective exstructa benedici possit. - 15 dec. 1753. - 5/70. ✓ P.M.

Balthasar Inkey accipit facultatem ecclesiam benedici curandi. - 27 dec. 1753. - 5/71. ✓

Balthasar Inkey erigere et fundare volens conventum Servitarum in Récse, submittit consensum cum conditionibus definitorii dicti ordinis expetitque annutum Eppi. - Definitorium dicti ordinis petit fundationalem summam 8 mille Flrum vel sibi extradari vel trimestraliter consuetum solvi interusu- rium, agros conventui necessarios assignari, parochiam cum quibusdam filialibus eidem adduci, claustro, hortoque etc. plene utique instruendis. - 7 maji 1755. - 5/72. ✓

Eppus laudat intentionem, sed omnibus cum praefato ordine prius ad claritatem deducendis eundem pro obtinendo consensu ad Suam Majestatem inviat. - 9 maji 1755. - 5/72.

Opinio Eppi petitur super erigendo franciscanorum in Récse per Inkey conventu. - 22 jan. 1756. - 5/73. ✓

Exc. Consilium in nexu factae per Cottum Zaladiensem remonstracionis opinionem petit de supra allata ejatis Balthasar- ris Inkey Servitarum in Récse fundacione ab Eppo Biró ex adnexis hic fundacionalibus apparet eandem constituisse in ecclesiae, claustro lo jugeris terrae arabilis, prato sex plaustorum foeni capace, libero pascuationis usu, ac 8000 Flrum capitali. - 22 jan. 1756. - 5/74. ✓

P. Thaddaeus Lausch Ord. Servorum BMV provincialis, quod pro residentia Récseiensi gratiosum Eppi annutum praebue- rit, gratias agit. - 24 jan. 1756. - 5/75. ✓ P.

Eppus Biró, ut opinionem superius depostam praestare valeat, a franciscanis Kanisiensibus super sequentibus punctis petit informationem: quae distantia inter Kanisam et Récse? quae item et qualium religiosorum residentiae? - qualis ad- huc conventus advicinaretur et quo quæsta? - colligenda ele- mosyna in periferia illa excurreret? - 1756. - 5/76. ✓

Guardianus Kanisiensis informationem dando asserit: intentam servitarum in Récse fundationem conventui suo, Atádiensi, Segsdiensi et Mesztegnyensi propter vicinitatem praejudiciores fore, sibi quoque illam fundat. oblatam fuisse, ex dicta tamen ratione se non acceptasse. - 7 martii 1756. - 5/77. ✓

Eppus Biró suam de praefata Servorum BIV in Récse fundatione Consilio substernit opinionem: fundationem illam, prout juxta fundationales subsistere in praesens deberet, non esse constitutionibus Apostolicae S. Sedis consentaneam, hae enim praecipiant: ut conventus religiosorum adminis. 12 personas contineat et 4 horis ab alio conventu sit remotus, quod hic non obtineret. - 15 martii 1756. - 5/78. ✓

Patres franciscani Kanisienses querulantur, quod cum damno et praejudicio suo patres servitas ad Récse dominus terrstris Inkey illocare velit. - 1758. - 5/79. ✓

Contractus Récseensium cum parcho Bakónakiensi. - ~~k79kx~~ - 26 dec. 1778. - 6/97. ✓ M. ✓

Visitatio parochiae. - 1791. - 13/1.

Attestatum communitatis de occupata per Comitatum pro xenodochio militari domo parochiali. - 13 nov. 1791. - 13/85. ✓ M.P.

Fideles in locum discedentis administratoris sui Christophori Berzsényi alium sibi resolvi supplicant. - 6 martii 1792. - 13/86. ✓ M. ✓

In parochiam elevatur et parcho perceptis lucadusque e Fundo Religionis Flnis 128 superaddendi significantur Fl 70. - 26 sept. 1809. - 18/141. ✓

Significatur elevatio localis capellaniae in sortem parochialis. - 24 dec. 1809. - 15/119.

Parochus preces suas pro impetrandis in reparationem ecclesiae suae sumptibus Exc. Consilium promoveri petit. - 19 maji 1813. - 28/64. ✓

Michael Farkas ex Gyékényes translatus. - 1813. - 28/65. ✓

Consensus Ep̄pi in abalienationem vineae ecclesiae ejatis sub conditione faciendae de pretio abaestimationali in censum loco tuto elocando relationis faciendae. - 27 febr. 1815 28/66. ✓

Abaestimatio vineae ecclesiae erga 150 Fl̄nos. - 1815. - 28/67. ✓

Relatio VAD-i de statu aedis parochialis in nexu introducendi capellani. - 19 junii 1815. - 28/7. ✓

Projectum sumptuum reparandae ecclesiae Exc. Consilio submissum; ecclesia occlusa; Divina interea in promontorio Bakónakiensi capella servanda. - 21 julii 1815. - 28/68. ✓

Relatio administratoris de defectibus ecclesiae, vinea ecclesiae; regulatione scholarum. - 16 dec. 1815. - 28/69. ✓ P.M.

Parochus queritur dnum Inkey pro reparatione ecclesiae 50 Fl̄nos nequidem mutuo dedisse; de violatione festorum; denegatione praestationum. - 18 apr. 1816. - 28/70. ✓ M.

Fideles Récseienses et Sárszegienses inaudita futura sua cum Bakónakiensi parochia juxta antiquum morum conjunctione, pro ulteriori quoque sui animarum curatoris apud se permissione supplicant. - 25 maji 1816. - 28/71. ✓ M. P.

Fl̄ni 4034 pro restauratione ecclesiae resolvuntur. - 18 jun 1816. - 28/81. ✓

Adamus Inkey de ecclesiae Récseiensis cum Bakónakiensi unionem propositionem facit. Conservationem habitationis capellani a se aedificandae, ac una 60 Fl̄nos in casum hunc adpromittens. - Resp.: Petitio deferri non posse. - 30 aug. 1816. - 28/72. ✓ P.

Joannis Mészáros administratori plana et sumptuum projecta de restauranda ecclesia transponuntur. - 13 jan. 1817. - 28/73. ✓

Archidiaconus fine adurgendae restorationis ecclesiae in faciem loci exmittitur. - 30 junii 1817. - 28/74. ✓

Parochus significat dnum Inkey ex aedificatione ecclesiae jam renuntiasset. - 20 nov. 1817. - 28/76. ✓ M.

Administrator ob diruendam paulo post ecclesiam -ruinae ceteroquin proximam- unum e propriis cubilibus pro celebratione missae et conservando Sanctissimo applicandum indulgeri petit. - 31 julii 1817. - 28/75. ✓

Parochus exquirat: an restorationis ecclesiae ineunte vere initum dare possit deficientibus in complementum operis requisitis sumptibus. - Resp.: Opus restorationis ex supernatante adhuc summa ultro fore continuandum. - 1818. - 28/77. ✓ M.

Relatio parochi de inchoata restoratione ecclesiae et denegata per dnum Inkey damnorum refusione, cum acclusis rationibus super factis hucdum erogationibus et documentis. - Inkey ad refusionem causatorum per suspensam ecclesiae restorationem damnorum serio fuit reflexus. - 5 maji 1818. - 28/78. ✓ M.

Administrator parochiae nomine Adami Inkey instrumenta aestimationis determinationum intuitu reparandae ecclesiae submittit. - 28 junii 1818. - 28/82. ✓

Expositis variis fatalitatibus, dissensionibus, determinationumque diversitatibus circa desolatae ecclesiae Récseensis reparationem, et novae in aptiori loco construendae erectionem interventis in sequelam B.G. dato 18. junii 1816 et de 3. nov. 1818 emanatorum ordinum proposito Adami Inkey pro novae in possessione Récse erigenda ecclesia 10.000 Fl et 25 millia laterum promittentis Exc. Consilio eo fine substernitur, ut eam B.G. etiam suffragio probare, et in quantum praefata summa non sufficeret, in effectum aedificationis desideratos 4573 Fl gratiose resolvere dignetur. Opportunis insuper, quoad fideles ad praestandas in sensu altissimarum resolutionum manuales et currules operas adstringendos dispositionibus ad concernentem Cottum dimittendis. - 14 dec. 1818. - 28/83. ✓ M.

Sacra fundationalia parochiae adrepartita. - 1819. - 28/79. ✓

Relatio de ruinoso ecclesiae statu ac preces pro exoperandis ad Exc. Consilium sumptibus. - 23 maji 1820. - 28/80. ✓

Joannes Mészáros administrator parochiae Vicarium Generalem interpellat, quatenus is, apud Exc. Consilium in negotio erigendae in locum ruinam minentis novae ecclesiae, facta eatenus jam per denatum Praesulem absque effectu repraesentatione B. Resolutionem exoperari dignaretur. - In cujus nexu facta est Exce Consilio penes adclusas parochi litteras repraesentatio, proposita aedificandae ecclesiae necessitate opus ad maturandum efflagitans. - 23 oct 1821. - 38/143. ✓

Rescriptum Off. Vic. quo in sequelam B.G. de 29 jan. 1822 No 1932 editi Intinati ratione aedificandae ecclesiae authentica animarum conscriptio, delineatumque struendae ecclesiae planum sumptuumque projecta obtinibus Exc. Consilio submittitur. - 19 dec. 1822. - 38/144. ✓

B.G. de 28 oct. 1823 No. 27161 edito Intinato attestatur absolutorium super rationibus particularibus de 2948 Fl 35 xr e summa 4034 in restorationem ecclesiae resoluta impensis fine ejusdem concernenti rationanti consignationis cum eo transponitur, ut supernatans ab ejusdem ecclesiae reparatione 1085 Fl 51 xr summa a rationante aedili recepta usque superventuros ulteriores ordines penes Off. Dioecesanum conservetur. - In cujus obsequium Joannix Mészáros parochus committitur, ut fatam summam Offo disponat. 5 dec. 1823. - 38/145. ✓

Parochus Mészáros fine exoperandae novae ecclesiae aedificationis Eppum interpellat. Liquidationem debitorum suorum transmittit. - Resp.: spe aedificandae novae ecclesiae valde dubia existente VAD-o commissum exstitit, ut projectum sumptuum quoad reparandam antiquam ecclesiam elaborari curet. - 15 julii 1824. - 38/146. ✓

Parochus nuntiat se firmam spem habere summam per dnum Inkey pro aedificanda nova ecclesia promissum per eundem deponendum iri, petitque spontaneo suo sequestro VAD-o illam activitatem conferri, ut ille pro sua discretionem creditores excontentare possit. - 17 oct. 1824. - 38/147. ✓

Parochus se summam e coepta aedificatione ecclesiae parochialis remanentem perdidisse patefecit. - In nexu hujus VAD-o commissum exstitit, ut cum creditoribus fati parochi bona modalitate conventionem inire tentet, et relationem praestet, per quot circiter annos suprafata deperdita summa et sequestratis administratoris provenientius resarciri valeat. - 24 oct. 1824. - 38/148. ✓

Parochus in merito capitalis summae 150 Fl ecclesiae suae erga censum 6 per centum apud D. terrestrem Adamum Inkey hucdum elocatae et modo per eundem deponendae consilium expetit. - In nexu hujus relationis VAD-o commissum, ut ad Récese excurrat, causam depositionis capitalis fati exquirat a D. Inkey eundemque porro quoque illud retinendum prsuadeat, quo non succedente securum locum pro ulteriori elocatione capitalis exquirat relationemque praestet. - 15 dec. 1824. - 38/149. ✓

Intimato de 1085 Fl a reparatione ecclesiae resultantibus informatio deposcitur. - 21 dec. 1826. - 38/150. ✓

B.G. Intimato penes transmissionem plani et sumptuum projecti ecclesiam Réceseensem respicientium, aedificatione ecclesiae hujus ad tempora feliciora relegata liberalitas terrestralis dominii pro conservanda hic et nunc antiqua ecclesia provocanda disponitur. - In cujus nexu VAD-o committitur, ut circumstantialem de statu ecclesiae informationem deponat. - 26 dec. 1826. - 38/151. ✓ N.

VAD ruinatam ecclesiam reparationem haud mereri attestat. 11 febr. 1828. - 38/153. ✓

VAD ad dandam de statu ecclesiae informationem denuo provocatur. - 16 martii 1828. - 38/152. ✓

VAD ex occasione discessus administratoris Joannis Mészáros e parochia hac, ad recipienda ecclesiae et parochiae hujus acta vicino parocho Bakónakiensi concedenda exmittitur. - 4 sept. 1829. - 38/154. ✓

Josefus Csépan parochus Bakónakiensis ad res parochiae hujus sub curam suam recipiendam inviatur. - 4 sept. 1829. 38/155. ✓

Parochus Bakónakiensis intuitu rerum ecclesiae Récseensis inuentionem sibi dari petit. - 28 sept. 1829. - 38/156. ✓

Adamus Inkey ad exsoluendum suum pro fabrica ecclesiae et domus parochialis oblatum in 10.000 Fl et 25.000 lateribus promissum provocatur. - 9 nov. 1829. - 38/157. ✓ M.

Parochus Bakónakiensis refert, domum parochialem Récseiensem per loci terrestrialem dominum Adamum Inkey occupatam esse; numve ad revindicandam illam repositionem petere valeat? - inuari orat. - Erga cuius recursum actis parochiae repositioni locum esse perhibentibus ad eam expectendam inuatio data. - 19 iulii 1830. - 38/158. ✓

Intimatum Exc. Consilii super certis summis partim erga reddendas rationes, partim erga repersolutionem pro quibusdam structuris domus parochialis Szerdahelyiensis, restauratione ecclesiae Récseiensis et domus parochialis Nánaensis exassignatis, rationes exhaerentes adurgens. - 1831. - 38/159. ✓

Episcopus edocet parochum Bakónakiensem eidem pro administratione vacantis parochiae Récseiensis quae antea Bakónakiensi nexu filiali juncta fuerat, tenore altiorum ordinum nil ultra proventus locales competere, si vero his non contentus dictae curatiae administrationem dimittere vellet, una beneficio Bakónakiensi renuntiandum haberet, quod si accomodo quodam cambio effectui daret, ejus circumstantiis apprime conveniens foret. Eidemque relationem super eo praestandam committit, qualis fuerit antiqua per Adamum Inkey diruta ecclesia Récseiensis, et quorsum materialia ejusdem devenerint. - 24 iulii 1832. - 38/160. ✓

Joanni Mészáros capellano domestico Iharosiensi per Episcopum injungitur reddi informationem de materialia dirutae Récseiensis ecclesiae. - 1 aug. 1832. - 38/162. ✓

~~De~~ De materialibus dirutae Récseiensis ecclesiae quorsum conversis relatio parochi Bakónakiensis. - 31 aug. 1832. - 38/163. ✓

Relatio Joannis Mészáros de materialibus ecclesiae diruta quorsum conversis. - 30 aug. 1832. - 38/164. ✓

Parochus Bakónakiensis de objecta sibi dura indole, inque faciendis exactionibus nimis vigore se exculpans, ab onere repersolutionis supplementalis quottae quam titulo administratae parochiae Récseiensis hactenus indebite perceperat liberari et intuitu absolvendorum dictae parochiae adnexorum sacrorum fundationalium in viationem sibi orat. Resp.: Gratanter accepta de sua meliorationem sponso, a dicto onere repersolutionis vix liberari poterit, illud tamen ea ratione alleviari procurabit, ut partialibus in ratis eam repersolutionem praestare poterit, addita etiam quapiam auxiliari quotta. Sacra fundationalia porro solvenda habebit. - 31 aug. 1832. - 38/161. ✓

Parochus Bakónakiensis praesentat suas recognitionales super eo, quandonam vacantis parochiae Récseiensis administrationem sibi collatam inchoaverit, et quot Sacra fundationalia curatae huic adnexa absolverit. - 23 oct. 1832. - 38/165. ✓

Eppus interpellat Exc. Consilium, ut pro Sacris fundationalibus vacantibus curatii Badacsontomaj et Nagyrécse adnexis, quae tempore intus exposito parochi Tördemicensis et Bakónakiensis moderni dictarum vacantium expositionum administratores absolverunt, consueta stipendia his ex subsidio, quod praementionatis vacantibus beneficiis e Fundo Religionis assignatum habetur, exsolvenda gratiose disponi curare velit. - 23 oct. 1832. - 35/33.

Fideles pro curatore animarum supplicant. - 1 nov. 1833. - 38/166. ✓

Canonicus Ruszek refert: Tördemicenses promptitudinem suam in ordine ad Josefum Csépan ex Bakónak advehendum manifestasse ea tamen cum demissa supplicatione, ut ne in beneficium parochiae Tördemic canonice investiatur, sed in qualitate duntaxat administratoris facile amovibilis curam animarum gerat. Dnus Csépan renuntiabat parochiae. - 28 martii 1834. - 35/69. ✓

Parochus Bakónakiensis projectat, ut spirituali fidelium Nagyrécseensium provisioni non per introducendum localem capellanum, sed medio capellani ad Bakónak. disponendi prospiciatur. - Resp.: Remotam positionis Nagyrécse a Bakónak distantiam et praepriis difficilem certis anni temporibus accessum stabilem in ea curatum deprecere. - 15 julii 1834. - 38/117.

M.
P.

N a g y t e v e l .

In litteris Comitum Francisci Eszterházy notatur, quod calvinistae Pápenses petunt a se possessionem Adásztevel. 8 julii 1752. - 5/154. M.
✓

Calvinistis Pápensibus concessum est oratorium aedificare in Adásztevel. - 1753. - Vide: Historia domus parochiae Pápensis. Pagina 37.

Joannes Somogyi Comes ad complendam parochiam inter et parochias respectu praestationum vigentem controversiam super eo: qualibusnam sub conditionibus parochiam obtinerit? - informari orat. - 22 febr. 1788. - 10/63. ✓

Dotatio parochiae vigore cujus futuris administratoribus usus-fructus molae ejatis inscribitur. - 19 oct. 1805. - 16/94. P.
✓

Pro meliore administratoris subsistentia 100 Fl per abbatiam Zirc resolvuntur. - 21 martii 1809. - 16/95. ✓

Adásztevelienses pro sui ad parochiam hanc adfiliatione supplicant. - 15 apr. 1812. - 23/64. M.
✓

Intolerans acatholicorum Adászteveliensi in usu coemeterii agendi ratio. - 26 junii 1818. - 23/65. P.
✓

Relatio Cottus super peracta in merito coemeterii Adászteveliensi investigatio. - 25 martii 1819. - 23/66. ✓

Causa dissidentium conjugum Martini Gáncs et Mariannae Fekete. - 18 maji 1820. - 23/67. P.
✓

Adamus Frank administrator Porvensis ob exaggeratam stolae desumptionem, qua adhuc administrator Teveliensi denunciatus, si ita est ad praestandam querulanti satisfactionem, se secus deponendam informationem provocatus. - 6 aug. 1830. - 30/111.

Consignatio animarum possessionis Nagytevel - 1770 - 5/12a ✓

N a g y t é t é n y .

Litterae Josefi Rudnyánszky pro consecranda neo-erecta ecclesia Nagytétényiensi Eppum humillime invitantis. - 19. aug. 1755. - 1/87.

M.

✓

Rudnyánszky pro impertienda administratori Tétényiensi generali facultate demisse perorat. - 29 jan. 1756. - 1/88.

M.

✓

Rudnyánszky, ut ecclesiasticum filiolos suos a 4 annis instruentem, pro obeundis muniis parochialibus substituere dignetur, petit. - 11 apr. 1756. - 1/89.

M.

✓

Comes Joannes Illésházy contradicit voluntati Josefi Rudnyánszky in Tétény parochum introducere volenti. - 3 mártii 1771. - 1/90.

✓

N a g y v á z s o n y

Georgius Danes parochus petit sibi concedi facultatem diebus Domini et festis duo Sacra celebrandi. - 15 nov. ✓

1777. - 2/7.

Nagyvászonyienses adversus parochum suum lingua germanica concionari nolentem querulantur. - 1779. - 2/8. N, ✓

Parocho intimatum est, ut catecheses quidem quovis altera dominico aut festo die, conciones autem majorum saltem solemnitatum feria secunda die germanico idiomate habeantur. - 4 jan. 1780. - 8/94. ✓ (2/9.)

Parochus Danes dno Comiti patrono ecclesiae evincere nititur, quod exarendatione educilli Leányfaluensis nullum *N. Vászonyi* juribus dominalibus praejudicium intulerit; - tum instat agros ex beneplacito Suae Illustritatis per praedecessores suos possessos sibi quoque abs omni censu possidendos relinqui. - 17 apr. 1780. - 2/10. M, ✓

Fideles teutonici ad minus semel per mensem lingua sua concionem haberi supplicant. - 1780. - 2/11. M, ✓

Joannes Mittis parochus Vászonyiensis sacrilegum furtum in Sacratio ecclesiae suae commissum notificat. - 16 oct. 1784. - 8/95. ✓

Parochus Mittis discolos quosdam denuntiat, tum ab ecclesia parochiali et capella Pulyaensi, et praesentaneum substantiae periculum, et superfluos sumptus arceri petit. - 22 dec. 1785. - 8/96. ✓

Mittis significat deputatum pecuniarium ex parte domini per provisorem sibi jam exassignatum haberi. - 23 junii 1787. - 8/97. ✓

Parochus Mittis quoad certum agrum per provisorem dominalem parochiae suae recenter abalienatum opportuna petit disponi. - 18 maji 1788. - 8/98. ✓

Pécselyienses affiliari petunt matri Vászoly. - 1786. - 8/151. M, ✓

Rationes filialis ecclesiae Pulaensis. - 1792. - 12/102. ✓ M.P.

Parochus Mittis excessui ministri augustani diebus hebdomadae sanctae de industria strepitosum campanarum pulsum curantis, obicem imponi instat. - 19 martii 1792. - 12/103. ✓

Parochus Mittis executionem testamenti Annae Mariae Weiszin viduae Josefi Bechel incolae Vázsonyiensis quocumque procurari orat ob pia legata ecclesiae suae factae. - 14 aug. 1792. - 12/104. ✓

Investitura Michaelis Szabó in parochiam. - 22 sept. 1792. 12/105. ✓ P.

Visitatio parochiae. - 1792. - 12/196.

Parochus Szabó facultatem Martinum Sczwartz judaeum sacro baptismatis fonte abluere, - sedecimam Pécseliensem usque futuras Exc. Consilii dispositiones confirmari petit. 27 sept. 1793. - 12/106. ✓

Communicata cum Capitulo parochi super adempta sibi sedecima Pécseliensi querulosa instantia, idem usque ulteriores altiores ordines in usu proventuum ex avulsis suis filialibus obtingentium relinquendus per Eppum ordinatur. - 14 oct. 1793. - 12/107. ✓

Parochus Szabó crucifixi ac resurgentis Salvatoris statuas pro ecclesia sua recenter comparatas benedicendi facultatem sibi conferri orat. - 10 apr. 1794. - 12/108. ✓

Cooperator factus est Stefanus Kovács. - 5 nov. 1795. - Acta Seminarii 8/119.

Erga preces parochi Szabó, populo Pulaensi indultum per Eppum, ut recenter aedificata per eosdem ecclesia in hon. S. Caroli Borromaei Eppi dedicari possit, ara laterali in honorem S. Vendelini prioris ecclesiae patroni erecta. - 2 sept. 1796. - 12/109. ✓

Parochus Szabó facultatem neo-erectam capellam in Vázsony benedicendi sibi conferri orat. - 3 nov. 1797. - 12/110. ✓

Visitatio parochiae. - 1800. - 12/111.

Antonius Laszkalner parochus afflicto parochiae suae statui subveniri orat. - 10 dec. 1801. - 15/77.

Parochus Laszkalner non alid medium sortis suae emendandae, praetermissa ad Exc. Consilium repraesentatione, superesse significat, quam ut proventus ex Fulya obveniens augeatur, aut vero a parochia avellatur. Hoc fieri vettet etiam cum Mencshely. Ceterum pronum se ad earundem filialium provisionem declarans, si quandoque filialistae pro devectione occasionem ministraverint. - 3 jan. 1802. - 15/78.

Instantia parochi capitalem 35 Flrum ecclesiae Fulyensis summam Fundo crediti illatam repersolvi supplicantis Exc. Consilio commendata. - 19 nov. 1802. - 15/79.

Parochus Laszkalner populi sui parochiani circa frequentatione concionum, catechesium et sanctorum poenitentiae et eucharistiae, ac prolium suarum educatione, in praestationibus suis faciendis ac reparatione domus parochialis, pro qua jam omnia materialia comparata habeantur, renitentiam, scholaris quoque domus ruinosum statum querulose exponens: ad aliam aliquam pro se aptam stationem transferri supplicat. - 25 maji 1803. - 15/80.

Parochus Laszkalner pro impetrata ecclesiae Fulyensis summa grates reponens: projectum suum circa filialem Mencshely, localis capellaniae Vászoly proxime in parochiam evehendae adjungendam reiterat. - 1 dec. 1803. - 15/81.

Fundus instructus. - 1804. - 15/82.

Teutonica communitas pro Divinis alternative jam germanica jam hungarica lingua servandi supplicat. - 30 jan. 1804. 15/83. (7)

Catalogus librorum parochuae. - 1807. - 15/84.

Parochus Laszkalner recursum suum fine obtinendi cujusdam pro ludimagistro Pécselyiensi subsidii adornatam ad Exc. Consilium promoveri. - 3 dec. 1810. - 15/85.

Parochus Laszkalner compensationem sedecimae ex promontorio Pécselyiensi per Capitulum subtractae procurari sibi petit. - 3 dec. 1810. - 15/85. ✓

Vázsonyienses supplicant, ut actualis capellanus Joannes Mészáros in parochum resolvatur. - 5 maji 1811. - 21/58. M. ✓

Vacantia parochiae patrono fine faciendae praesentationis notificatur, et Joannes Mészáros gratis commendatur. - 27 maji 1811. - 21/59. ✓

Pulaenses cooperatorem parochi Vázsonyiensi resolvi supplicant. - 20 julii 1811. - 21/60. M. ✓

Repraesentatio Exc. Consilio facta, ut filialis Pula parochiae Petendiensi affiliatio rati habeatur. - 7 aug. 1811. 21/61. ✓

Joannes Mészáros praesentatur. - 17 aug. 1811. - 21/62. ✓

Stefanus Fekete in beneficium investitus. - 4 febr. 1813. 21/63. ✓

Antonio Laszkalner parochi Sümegiensi injungitur, ut referat, quandonam Flnos 50 fundationales Balassayanos pro tribus Sacris successori resignavit? - 12 jan. 1814. - 21/64. ✓

Proponuntur pro parochia Josefus Herbszt, Joannes Kigler et Joannes Urbányi. - 22 julii 1823. - 29/17. ✓

Conscriptio supellectilium, cathalogus librorum, status activus et passivus ecclesiae. - 1823. - 29/18. ✓

Joannes Kigler petit facultatem crucem et coemeterium benedicendi. - 29 julii 1824. - 29/19. ✓

Controversia quoad assumptionem ludimagistri. - 1828. - 29/20. M. ✓

Parochus communicatam secum instantiam Juliamae Valigatzky minus realem esse significat. - 29 apr. 1831. - 29/21. M. ✓

Relatio VAD-i in negotio Josefi Bajczi ludirectoris Menceshelyiensis. - 1833. - 29/22. P. M. ✓

N á d a s d l a d á n y .

P. Joannes Ellemosynarius administrator Ladányiensis latam in se suspensionis sententiam parcho Ósiensi remittit, cum possessio Ladány ad Dioecesim Albensem pertineat. 13 dec. 1777. - 6/112. ✓

Stefanus Borsos parochus Ósiensis in merito rehabendae filialis Ladány scribit. - 5 martii 1778. - 6/113. ✓

Adhortatoriae Vicarii Generalis Albensis ad administratorem Ladányiensem, ut jurisdictionem suam a legitima potestate acceptam exercere non desistat. - 2 apr. 1778. - 6/114. ✓

Ignatiūs Nagy Eppus Albensis rogat Eppum, quatenus ab ulteriori quoad possessionem Ladány parochiae Ósiensi affiliandam questione praescindere dignaretur. - 3 apr. 1778.- 6/115. ✓ P.

Stefanus Borsos parochus Ósiensis queritur se a dominio Ladányiensi iniquissime tractari. - 18 maji 1778. - 6/116. ✓

Stefanus Borsos parochus Ósiensis suspendit P. Joannem capellanum Ladányiensem ab exercitio jurisdictionis parochialis. - 8 julii 1778. - 6/117. ✓

Puncta ad antevertendas pro futuro inter capellanum Ladányiensem et parochum Ósiensem controversias extradata. - 24 oct. 1778. - 6/118. ✓

Vide uberius acta quoad Ladány interventa inter Acta Dismembrationis Dioeceseos de anno 1777. - No 19.

N á g o c s .

Georgius Zichy pro depositione lapidis fundamentalis ecclesiae per se aedificandae VAD-m exmitti petit. - 24 mart 1759. - 5/80. ✓ M.

Cottus de erigenda parochia. - 1782. - 41/74.

Ordinatur mixta deputatio intuitu introducendi simultanei religionis exercitii ad ecclesiam Nágocsiensem. 2 nov. 1788 9/81. ✓

Josefus Zichy significat illocationem parochi ad Nágocs ob rurales populi labores ad festum S. Michaelis differendam venire. - 14 aug. 1789. - 9/82. ✓

Adamus Strassze capellanus Wesprimiensis in neo-erectam parochiam Nágocsiensem cum filialibus Miklósi et Zics/ canonicis investitur. - 4 sept. 1789. - 9/83. ✓

Repraesentatio Exc. Consilio facta fine assignandi supplementi congruae. - 17 sept. 1789. - 9/84. ✓

Adamus Strasszer parochus capellanum suum franciscanum a lege jejunii adventualis dispensari, - ac ratione Divinorum juxta duplex labium qualiter regulandorum inviari orat. - Resp.: Ordo Divinorum ita stabilitus: ut cum notabiliter plures in parochia numerentur germanicam loquentes, hac lingua duabus continuis dominicis, tertia vero quavis hungarica servetur concio. - 8 nov. 1789. - 9/85. ✓

Parocho Nágocsiensi supplementum congruae in Flais 154 xr 9 in Wesprimiensis Sd is Offo exassignatae intimatur. - 20 jan. 1790. - 9/86. ✓

Adamus Strasszer parochus inviari orat super sequentibus: Num spes accipiendi subsidii parochialis et intertentio-nalis capellani affulgeat? - An ex proventibus agrorum et pratorum parochiae, quos cooperatores praeterlapso anno ut administrator percepit, participaturus sit? Num cum suis filialistis Miklósiensibus jam contractum inire valeat? - 9 martii 1790. - 9/87. ✓

Praetensiones P. Engelberti Vogt ofm interinalis parochiae administratoris in eja~~tem~~ condam parochum Adamum Strasszer. 15 maji 1790. - 9/88. ✓

Intuitu exassignandi in Fl 175 xr 15 supplementi congruae parochi Ignatio Koller facta repraesentatio Exc. Consilio. 28 oct. 1790. - 9/89. ✓

Adamus Strasszer parochus Márkóensis controversiam ratione divisionis proventuum parochialium inter se et administratorem Nágocsiensem decidi orat. - 1791. - 13/87. ✓

Contractus Josefi Zochy, Zicsiensium etiam filialistarum ratione disponendi et intertenendi capellani in Nágocs. - 1 aug. 1791. - 13/88. ✓ M. P. ✓

Josefus Zichy ex neo-ordinandis capellanum disponi petit. 20 aug. 1796. - 13/89. (3)

Josefus Zichy pro capellano resolvendo occasionem mittit. - 6 jan. 1797. - 13/90. (2) ✓

Ignatius Koller parochus capellam S. Vendelini pia Josefi Zichy liberalitate e ruinis vindicatam benedicendi facultatem conferri orat. - 13 oct. 1797. - 13/91. ✓

VAD refert capellam Nágocsiensem omnibus requisitis decenter instructam, per Joannem Zichy conservandam fore; tum ordinem divinorum in parochia hac visitatione canonica introductum haud esse interturbandum censet. - 20 nov. 1797 13/92. ✓ P. ✓

Baulus Grasits capellanus se ad capellaniam localem Drávatamásiensem ad quem missus fuit, a patrono non fuisse admissum, nuntiat. - 28 oct. 1795. - 14/9. ✓

Paulum Grasits ad Drávatamási in qualitate localis capellani dispositum stationem suam ob denegatum eidem hospitium adire non potuisse Exc. Consilio repraesentatum. - 29 oct. 1795. - 14/10. ✓

Reversales de fundo instructo. - 1804. - 18/142. 1803. ✓ P. ✓

Elenchus librorum parochiae. - 1807. - 18/143. ✓

Idem. - 1818. - 26/55. ✓

Franciscus Zichy delatoris domum suam calumniantis nomen sibi revelari petit; favorabile de moribus cooperatoris Antonii Kronperger testimonium praebet; mentem suam de erigenda parochia in Zics. - 28 apr. 1821. - 38/33. ✓

Parochus ~~de~~ pro facultate erectam per dominium in locum desolatae novae S. Vendelini capellam, assumpta per illud in se ejusdem conservationem, benedicendi recurrit. - 22 sept. 1826. - 38/6. ✓

Francisca Zichy recurrit pro facultate diebus feriatis in sacello domestico missae sacrificii celebrationi curandi. - In nexu hujus Eppus committit VAD-o, ut referat num locus aptus sit ad celebrationem. Item ut referat, qualinam ex impulsu, quove motore jus statarium recentis, per Suam Majestatem Cottui Simighiensi concessum in parochiis Andocs, Karád, aliisque vicinis e S. suggestu publicatum fuerit? 8 oct. 1833. - 38/34. ✓ M.

VAD refert pro capella domestica aptum esse locum. - Juris statarii concessionem in districtu suo erga requisitionem Distr. Judlii e Sacro Ambone publicatam fuisse. - 31 oct. 1833. - 38/35. ✓ M. P.

Dna Zichy grates refert pro facultate sibi concessa missam audiendi in capella domestica. - 9 dec. 1833. - 38/36. ✓ M.

Eppus VAD-o scribit: anapogiam, quam ipse inter currentales in negotio juris statarii anno 1822 dimissas et nuperam ejusdem publicationem intercedere autumat non subsistere, quam illae ab Offo Dioecesano, hae vero non ex inde fuerint dimissae. - 13 dec. 1833. - 38/37. ✓

Dna Zichy refert capellam domesticam in aedibus suis omnibus jam requisitis instructam esse, et petit pro dispositione benedictionis. - 21 nov. 1834. - 38/38. ✓ M. P.

N e m e s a p á t i .

Parochus Apátiensis Joannes Ladomerszky pro indulgentiis plenariis in templo Kemend accipiendis recurrit ad Eppum. 1 dec. ~~179~~ 1769. - 3/94.

Georgius Bedó parochus exponit defectus in sua parochia existentes. - 1746. - 5/81. ✓

Fidelibus Apátiensibus facultas novam ecclesiam aedificandi collata, una hoc etiam indultum, ut rudera antiquae ecclesiae suae et exhaerentes defuncti sui parochi Joannis Bartal lecticales praeststiones in opus hoc insummere possint. - 19 dec. 1750. - 5/82. ✓

Parochus Bedó multitudine fidelium et egestate pressus, petit parochiam Istvánd, quam praeter parochiam Szentiván adhuc administraverat a sua separari, fideles ad obligationes suas explendas adurgeri. Ex 19 filialibus dicit se non ultra 66 Flnos et 71 cubulos siliginis percipere. Se una cum cooperatore suo in uno cubiculo habitare, familiam culinam quidem habere sed sine camino. - 1751. - 5/83. ✓

Joannes Ladomerszky ex parochia Szentbékállaensi horsum translatus. - 25 maji 1759. - 5/84. ✓

Franciscó Farikas exjesuitae data est investitura. - 8 jan 1774. - 9/90. ✓

Adest in cathalogo parochiarum districtus Kanisiensis. - 1775. - 6/1.

Contractus Vöcköndiensium cum. ludimagistro Kemendiensi. - 1787. - 9/91. M. ✓

Visitatio parochiae. - 1791. - 13/1.

Fine ordinandae alterius proventuum liquidationis vacantia parochiae Exc. Consilio relata. - 27 febr. 1804. - 18/144. ✓

VAD conqueritur: per compossessores nullas reddi de proventibus ecclesiae rationes. - 23 nov. 1806. - 18/145. ✓

9/6. 1790. sept. 6. Balatonendred,

Compossessores ad dandas imposterum rationes obstricti esse declarantur. - 26 nov. 1806. - 18/146. ✓

VAD significat in parochia vix unicum reperiri librum qui in Visitatione Canonica velut parochialis comparet. - 1807. - 18/147. ✓

Josefus Mészáros parochus Olláriensis praesentatur. - 10 aug. 1812. - 28/84. ✓

Stefanus Bogyai capellanus Sümegiensis instat pro parochia. 19 aug. 1812. - 28/89. ✓ P. ✓ M. ✓

Reparatio domus parochialis defectus. - 1812. - 28/85. ✓

Instrumentum litterarum super cambio de agris et pratis inter parochus et Ladislaum Varga Cottus Zaladiensis assessorem inito. - 17 sept. 1814. - 28/86. ✓ M. ✓ P. ✓

Litterae fassionales super cambio. - 1815. - 28/87. ✓

Intentio Balthasaris Szeghy de erigenda extra possessionem Nemesapáti capellae. - 26 aug. 1815. - 28/88. ✓

Parochus Mészáros projectum parochiae Olláriensis suae parochiae adfiliationis per Vicarium Generalem secundari orat. - 14 febr. 1830. - 38/167.

Parochus Mészáros per Eppum interpellat, quatenus sedecimam in filiali Vöckönd sua apud Abbatem Kapornakiensem intermediatione sibi procurare dignetur. - 1833. - 38/168. ✓

Parochus favorabilem resolutionem intuitu sedecimae Vöcköndiensis exhibet. - 8 oct. 1833. - 38/169. ✓

Parochus facultatem expetit perennaliter vendendi 6 jugerorum parochiales agros minus proficuos ea modalitate, ut pretium eorum in censum locetur usque dum pro eo magis proficuae terrae comparari possint, insinuans una emptorum jam existere, qui dicta tenuta pro loco Fl sua facere velit. - 31 dec. 1833. - 38/170. ✓

VAD in negotio agrorum parochiae, quos parochus vendendos deposuerat, informationem praestat. - 28 martii 1834. 38/171. ✓

N e m e s b ü k .

Incolae Nemesbükienses in aedificationem ecclesiae sibi recurri petunt. - 1778. - 6/105. M. ✓

Nemesbükienses authenticum contractus per majores suos circa medium saeculi labentis cum parcho initi par ex Archivivo extradari sibi supplicant. - 1799. - 13/93. M. ✓

Series actarum peritarum: 17/242. ✓

Fideles consummatam ecclesiae suae aedificationem significantes, pro parcho instant. - 1804. -

Qui restantias suas parcho defuncto Karmacsiensi debitas pro erectione domus parochialis resolvi instant. - 1805.

Instant pro parcho. - 1806.

Contractus super praestationibus extra ea, quae jam in Visitatione Canonica comprehenduntur parcho quotannis faciendis. - 1806. - Domo parochiali exaedificata instant pro parcho. - 1807. -

Relatio VAD-i in negotio erigendae parochiae. - 1809.

Pro parcho instant. - 1810. - 17/242. ✓

Ad Universitatem Cottus Zaladiensis circa Bük in novam curatiam erigendam scriptum est. - 27 jan. 1815. - 28/91.90 ✓

VAD-o in merito erigendi parochiae investigatio peragenda commissa est. - 27 jan. 1815. - 28/92. ✓

Compossessores parochum /etquidem Stefanum Szabó capellanium Kisgörböensem/ ad se disponi orant. - 10 martii 1815.- 28/93. ✓ P. ✓

Protocollum concertationale erigendae parochiae. - 23 jun. 1815. - 28/94. ✓ P. ✓

Preces ad Exc. Consilium de Nemesbük ad matrem provehendam in vicem cooperitoris Karmacsiensis, cum per hunc ob interjacentem praealtum montem bono spirituali prospici haud queat, neque opportuna habitatio pro eo in Karmacs praesto sit; in Nemesbük vero tum domus parochialis tum ecclesia ampla sit. - 13 julii 1816. - 28/95. ✓

Erectio parochiae admittitur. - 19 nov. 1816. - 28/96. ✓

VAD significat domum parochialem pro parte novi parochi repurgatam fidelesque pro Stefanū Szabó ad se disponendo supplicare. - 15 jan. 1817. - 28/97. ✓

Stefanus Szabó capellanus Kisgörbóensis administrator consituitur. - 19 jan. 1819. - 28/98. ✓

Josefus Ujházy parochus campanam ecclesiae suae fine benedictionis submittit. - 24 apr. 1832. - 36/636 ✓

N e m e s d é d .

Posset erigi parochia in Nemesdéd secundum projectum Cottus Simighiensis. - 7 martii 1735. - 5/1.

De erigenda ecclesiae catholicorum. - 1763-71. - 41/107. ✓

De erigenda ecclesia circumstantialis informatio exigitur, et quomodo sententia contra refractarios acatholicos per Cottum Simighiensem lata, temperata habeatur, pro notitia Eppo communicatur. - 11 sept. 1769. ✓

Item: De qualiter effectuata in causa excendentium Dédiensium acatholicorum et catholicorum erigenda ecclesia regia ordinatione dada informatio submitti urgetur. - 5 febr. 1770. - ✓

Item: Pro aedificanda ecclesia catholica fundus et mosdus praescribuntur. - 17 maji 1770. - 4/48. ✓

Nobiles Dédienses helveticae confessionis ad fundum etiam pro parochiali et ludimagistrali domo excindendum adurgendos venire intimatum est. - 13 aug. 1770. - ✓

Item: Nobiles acatholicos Dédienses ad fundum pro ponendis parochi et ludimagistri domibus effective excisum et assignatum a sententia in ultimo processu contra eosdem lata ex capite non observationis benignorum mandatorum regionum in 200 Flum mulcta gravatos benigne absolutos esse intimatur. - 6 nov. 1770. - 4/49. ✓

Pro aedificanda ecclesia ex cassa parochorum habetur jam summa 700 Flum. - 2 julii 1771. - 4/50. ✓

VAD scribit ratione fundi Dédiensi. - 20 juli 1771. - 7/73. ✓

Acta excisionem fundi pro parcho et ludimagistro ac structuram ecclesiae convententia. - 25 maji 1771. - 7/102. ✓ M. P.

Cousus campanarum ordinatur a Cottu. - 1773. - 41/75.

Dédiensibus praeter resolutos jam 700 Fluos nihil amplius resolvitur. - 3 oct. 1774. -. 7/103. ✓

Cottus de erigenda parochia. - 1782. - 41/74.

N e m e s v á m o s .

Erigendi capellam in Vámos concessa est Patri rectori Vollegii Jesuitarum Jaurinensium. - 25 junii 1748. - 8/99. ✓

Series actarum, quae non inveniuntur: 41/112. ✓

Contractus Vámosiensium cum parcho. - 1775. ✓

Vámosienses pro resolvendo per Eppum in intentionem parochi quospiam subsidio ac exoperandis in ampliacionem capellae suae apud Exc. Consilium sumptibus supplicant. 29 oct. 1777. ✓

Conscriptio proventuum. - 1779. - ✓

Repraesentatio intuitu supplendi defectus congruae parochi Exc. Consilio facta. - 18 jan. 1779. - ✓

Stefanus Póntek parochus incolas augustanae confessionis ad pendendam sibi stolam adurgeri, atque excessuosum ludimagistrum coerceri orat. - 22 julii 1779.- ✓

Parochus de misera sua subsistentia questus aliqua ratione afflicto statui suo mederi instat. - 22 julii 1779. ✓

Plura intimata in negotio Vámosiensium de annis 1772-1773-1774. - ✓

Catholici Vámosienses se ab acatholicis oppressos querulositates pro facultate aedificandarum aliquot domorum in fundo publico circa neo-erigendam ecclesiam suam, recurrunt. - 20 jan. 1780. - 8/100. ✓ M.

Fajszsienses parochum suum P. Vendelinum contra impetitiones Vámosiensium tueri eumque porro etiam in statione sua relinqui orant. - 12 jan. 1784. - 8/101. ✓ M.

VAD de qualitate sopita vertente inter Vámosienses et Fajszsienses quoad ordinem Divinorum controversia, relationem facit. - 15 jan. 1784. - 8/102. ✓

Vámosienses pro imminutione praestationum parcho suo faciendarum et auctione ecclesiae suae instant. - 1785. - 8/103. ✓ M.

Fajszsienses ab obligatione cultivationis agrorum parochialium ea ratione majoris distantiae erga praestandam bonificationem relevari supplicant. - 1785. - 8/104. ✓ M.

Fajszienſes, ut ſumma 26 Flrum qua defuncto parochō ſuo Stefano Péntek tenebantur, in comparadam campanam inſummi admittatur, ſupplicant. - Sine dato. - 8/105. ✓ N.

Extractus ſummarius rationum eccleſiae Vámoſienſis et Fajszienſis. - 31 dec. 1791. - 12/112.

Viblatio feſtorum per acatholicos. - 1792. - 12/113. ✓ P.

Fajszienſes filialiſtae Vámoſienſes quoad ordinationem Divinorum petitis ſuis deferri orant. - 1800. - 12/115. ✓ N.

Relatio VAD-i de redditibus parochiae. - 1800. - 12/114. ✓

Reflexiones communitatis Vámoſienſis ad Fajszienſium cum parochā initum contractum. - 24 dec. 1800. - 12/116. ✓ M.

Visitatio parochiae. - 1800. - 12/1.

Catholici Vámoſienſes Fajszienſes ad proportionatum in aedificationem domus parochialis et cultivationem agrorum concuſſum adigi ſupplicant. - 5 junii 1801. - 15/86. ✓

Catholici Vámoſienſes accusationem ſui de renitentia in faciendis praestationibus parochialibus expositione praestationum per ſe administratori jam factarum falſam evincere pergentes: Fajszienſes quoque ad proportionatum in dotem parochi concuſſum adigi petunt. - 14 jan. 1802. - 15/87. ✓

Contractus parochianorum cum adminiſtratore P. Silveſtro Schwartz. - 28 maji 1802. - 15/88. ✓ M. P.

Querelae adminiſtratoris Schwartz contra fideles. - 6 dec. 1802. - 15/89. ✓

Adminiſtrator planum et ſumptuum projectum exaedificandae domus parochialis ſubmittens ſubſidium aliquod per Capitulum finem in eum reſolvi ſupplicat. - 16 junii 1803. - 15/90. ✓ M.

Adminiſtrator emarratis propriis expenſis in reparationem domus parochialis erogatis, ſubſidio loco Flrum ſibi ſuc-curri inſtat. - 27 junii 1804. - 15/91. ✓

- Fajszzienses ludimagistrum suum per Örvényesienses conductum porro quoque retinere cupiunt. - 3 jan. 1807. - 15/92. ✓
- Administrator Schwartz calvinistarum excessum feria 4-a quadragesimae temporum nuptias solemniter celebrantes refert. - 18 dec. 1807. - 15/93. ✓
- Vámosienses in locum deficienti parochiae suae administratori Schwartz alium petunt. - 30 nov. 1808. - 15/94. ✓ M.
- Instantia Vámosiensium contra parochum suum et hujus exculptoriae. - 15 febr. 1809. - 15/95. ✓ M.
- Permanenti Cottus Wesprimiensis deputationi, ut eadem in revindicandis quibusdam parochiae rebus ~~dirig~~ discedentem administratorem inique abalienatis assistentiam praeberet, repraesentatio adornata. - 6 nov. 1809. - 15/96. ✓
- Festifragium Joannis Bartos. - 15 dec. 1817. - 21/65. ✓
- Universitas Cottus Wesprimiensis ad frangendam filialistarum Fajszziensium in praestandis parochis 8 orgiis lignorum focalium renitentiam requisita. - 15 dec. 1817. - 21/66. ✓
- Extractus protocolli Generalis Congregationis querelas parochi adversus Fajszzienses respiciens. - 30 martii 1818. - 21/67. ✓ M.
- ~~Subjektum~~ Sumptuum projectum reparandi tecti ecclesiae Exc. Consilio substratus. - 20 maji 1818. - 21/68. ✓
- Pro restauratione tecti ecclesiae resolvuntur 1429 Flai. 3 febr. 1819. - 21/69. ✓
- Perceptor Vásárhelyiensis pro ludirectore Fajszziensi super die aditus officii sui testimoniales a VAD-o communicare exigit. - 2 febr. 1822. - 29/23. / R. ✓ N. P.
- Litterae Eppli ad Vic. Generalem de parochis Ignatio Farkas amovendo et condigne correctioni subjiciendo. - 24 nov. 1825. - 41/8. ✓
- Flai 300 pro reparatione domus parochialis assignati. - 1827. - 29/23. / B. ✓
- Parochus contra violentias parochianorum protectionem Eppli exorat. - 1828. - 29/24. ✓ M.

- Parocho pro subsidio in structuram domus scholaris impetranda supplicanti e Cassa Dioecesana 300 Dlni exassignantur. - 1830. - 29/25. ✓ N.
- Parochus ludimagistrum loco moveri petit. - 1830. - 29/26. ✓
- Rationes super 600 Flros in erectionem domus scholaris assignatis. - 7 jan. 1832. - 29/27. ✓ M. N.
- Quidam parochiani se occasione restorationis parochialis et ludimagistralis domorum per parochum damnificatos querulantur. - Qui oraliter eo serio invitati, ut a continuis cessent dissidiis, atque pacem magis sectentur, unio- nemque cum parcho alioquin in misere Vámos beneficio multis molestiis afflicto tandem ineant. - 1832. - 29/28. ✓ M.
- Ludirectori annum 30 Flrum subsidium resolvitur e Cassa Ludirectorum. - 31 aug. 1833. - 29/29. ✓
- Parocho anni 60 Flri resolvuntur e Cassa Dioecesana. - 29 oct. 1832. - 29/30. ✓
- Parochus 12 Flris pro Sacris 12 ab Eppo impetrat. - 1 nov. 1833. - 29/31. ✓
- Litterae fundationales super 200 Flris pro ecclesiae et parcho. - 15 aug. 1830. - 29/32. ✓ M.
- Parochus significat in necessarias quasdam ecclesiae suae reparationes 24 Flros se expedisse et eosdem gratuite sibi beneficari orat. - 11 apr. 1834. - 29/33. ✓ M.

N e m e s v i d .

Inquisitio in merito impedimentorum per Adamum Bakó oppositorum introductioni parochi, calumniarum ecclesiastici ordini impactarum ac retardatorum Divinorum tempore administrationis franciscanorum. - 21 julii 1755. - 4/94. ✓

Introductio parochi Joannis Jansó. - 23 jul. 1755. - 4/95. ✓

Adest in cathalogo parochiarum districtus Segesdiensis. - 1775. - 7/3.

Consignatio defectus per cassationem stolae baptismalis parochi eveniantis. - 2 maji 1785. - 11/2.

Mortuus est Martinus Bercsényi parochus. - 20 aug. 1794. - 42/112.

Compossessores jus patronatus sibi vindicantes pro parochi expetunt Ladislaum Nagy capellanum Kéthelyiensem. - 25 aug. 1794. - 14/130. ✓ M,

Erga instantiam compossessoratus Valentinus Gzrányi capellanus Tapsonyiensis sub spe quo ocyus per eos apparandae ecclesiae et domus parochialis, pro parochi iisdem resolvitur. - 9 sept. 1794. - 14/131. ✓ M,

Valentinus Guzrányi parochus in recuperandis abalienatis ecclesiae suae agris patrocinium Vicarii Generalis implo rat. - 20 oct. 1796. - 14/132. ✓

Parochus Guzrányi in merito repersolvendorum Fundo Religionis indebite per se perceptorum 375 Flrum 15 xr ad Exc. Consilium repraesentari ac se ab onere hoc relevari supplicat. - 28 oct. 1798. - 14/133. ✓

Controversia parochi cum Csákányiensibus, quoad praestationes. - 4 sept. 1799. - 14/134. ✓

Declaratio Csákányiensium servitorum super nullis per se ante expressum mandatum dominorum suorum parochi Vidien si faciendi praestationibus. - 1800. - 14/135.

Parochus compossessores Csákányienses sibi praestationes facere nolle queritur. - 1800. - 14/136. ✓

Comes Hunyadi in cambium parochi Vidiensis /Valentinus Guzrányi/ cum parochi Szóládiensi /Josefus Tikos/ consentit. - 1802. - 18/172. ✓

Controversia de praestationibus parochialibus inter Szóládiensem et Vidiensem parochum. - 1802. - 18/177. ✓

Vacantia parochiae Exc. Consilio relata. - 1806. - 19/5. ✓

Disensiones parochi cum fidelibus. - 15 junii 1802. - 19/105. ✓

Tabella restantiarum. - 1802. - 19/106. ✓

Relatio VAD-i de loco Flais per daum Bakó pro reparatione capellae S. Joannis Nepomuceni legatis, communi compositorum consensu in aedificationem novae ecclesiae conversae. - 28 dec. 1802. - 19/107. ✓

Fundus instructus. - 1804. - 19/108. ✓

Parochus Tikos in processu suo de restantibus praestationibus lecticalibus protectionem petit. - Csákányienses parochiae suae adfiliari orat. - 27 martii 1806. - 19/109. ✓

Vacantia parochiae Exc. Consilio refertur. - 1806. - 19/110. ✓

Parochianis ob amotionem parochi sui Josefi Tikos querulantibus respondetur, ad solentemque praestationum novo parochi subministrationem inviati. - 30 julii 1806. - 19/111. ✓

Nova proventuum liquidatio intimatur. - 7 oct. 1806. - 19/112. ✓

Michael Horváth parochus dubia circa liquidationem proventuum inter parochiam veterem Vidiensem et novam Csákányiensem altissimo loco recens ordinatam sibi suborta clarificari sibi petit - 23 martii 1807. - 19/113. ✓

Dissensiones inter parochum et parochianos. - 12 apr. 1808. 19/114. ✓

Recursus parochi Horváth in merito denegatarum praestationum parochialium fine praestandae eidem coram Cottu assistentiae communicatus. - 13 jan. 1813. - 24/68. ✓

Fiscalis Karádiensis communicata secum parochi Vidiensis acta remittit et fiscali sua assistentia eidem se adfuturum scribit. - 31 jan. 1813. - 24/69. ✓

Parochus Horváth pro supplementum congruae, in quantum juxta regulationem parochiarum quoad intertentionem cooperatoris deficeret, suo loco recursum iostat. - 1814. - 24/70. ✓

Supplementum congruae parochi in Fl 80 xr 15 applacidantur. - 24 jan. 1815. - 24/71. ✓

Parochus Horváth fine accelerandi processus sui in merito denegati per Michaellem Szabó lecticalis frumenti supplicat. 29 oct. 1816. - 24/72. ✓ P. N. ✓

VAD-o investigatio in merito disensionum fideles inter et parochum suscipienda imponitur. - 13 dec. 1818. - 24/73. ✓

Fine componendarum disensionum Joannes Külley archidiaconus exmissus. - 12 apr. 1819. - 24/74. ✓

Parochus desolatum statum aedificiorum refert, quatenus obligatos compossessores mandatis Ordinis compulsos ad restorationem adurgere dignaretur. - 30 apr. 1820. - 24/75. ✓ M. ✓

Vicarius Gen. latam sententiam in merito controversiarum fidelium sigficat Eppo. - 12 dec. 1811. - 25/6.

Nicolao Mesterházy scriptum, ut Emericus Farkas Gyulakesziensis cum parochi Nemesvidiensi Micaele Horváth cambium iniret, si praesentia impertiatur M. Horváth. - 7 martii 1821. - 35/75. ✓

Universitas Cottus Simighiensis ratione reparationis ecclesiae communicat Eppo, consilia compossessorum Vidiensium de fundo sumptuum necessariorum suppeditando, exceptionibus per Carolum Thassy formata irritari. Qui praetendit 1-o in recognitionem dominio Fl 50 e jure expocillandi, per communitatem sibi pendendo debere. - 2-o jure patronatus penes Eppum existente reparationem curamve aedium eidem incumbere. Adnexa documenta rationum habitatum exceptionem Caroli Thassy continentia. - 14 jan. 1821. 43/76. ✓ M. ✓

Communitas Vidiensis orat Eppum, quatenus vel propria sua vel vero sua ad Exc. Consilium intermediaute disponi faceret, ut nobilis vidua Thassy cum suo filio Carolobeneficio epocillationis et mazzelli ad quod pari cum caetero compossessoratu jure gaudet adusque se abdicet quoad ecclesia ejas ex convenientibus arendae reparari possit, idque eo, quo integer reliquus compossessoratus id fieri lubens admiserit. - 11 febr. 1821. - 43/77. ✓ M.

Remonstratio Exc. Consilio facta in merito parochi Vidiensis ab onere eidem recens impositorum Sacrorum fundationarium relevandi. - 20 nov. 1821. - 43/78. VAD ad Vid ex ✓

VAD ad Vid exmittitur, ut intuitu agri cujusdam parochialis praetensive olim ad ecclesiam pertinentis investigationem peragat. - Relatio VAD-i. - 17 sept. 1827. - 43/79. ✓ M.

Acta parochiam attinetia occasione visitationis eppalis. Signanter: conscriptio animarum. - Instantia nobilis communitatis, ut festum Visitationis BMV in festum fori ibidem constituatur. - Ut pro restauratione turris subsidium quodpiam assignet. - Ut de terris ecclesiae per parochos possessis pro ecclesiae emolumento dispositio fiat. - Contractus communitatis vigore cujus pro 1/2 jugero in augmentum coemeterii ex terris parochialibus tradendo, ceduntur ex tenuis ecclesiae quaedam terrae parochi obligatis in compensationem ecclesiae ex cassa communitatis annuis 12 Fl. - Litterae fundationales viduae Thassyanae quibus mediantibus capellam per denatum maritum suum in honorem S. Michaelis erectam dotatis. - Instantiae Balthasari Kiss reparationem statuam SS. Trinitatis per patrem suum erectae et fundatae sollicitantis. - Instantia Theresiae Nagy contra parochum Michaellem Horváth directa. - 16 maji 1831. - 43/80. ✓ M. P.

Fideles resolutos jam per Eppum in reparationem ecclesiae 200 Flnos exassignari supplicant. - 2 julii 1831. - 43/81. ✓ M.

Parocho Farkas duplicis ordinis instrumenta, alterum de fundatione dominae Thassyanae, alterum de cambio agri pro coemeterio cesti, ratificata transmittuntur. - 11 sept. 1831.
43/82.

M.
P.
V.

Parochus planum, juxta quod statum SS. Trinitatis ob regulationem viae publicae loco pristino ablatam in locum crucis penes ecclesiam sitae poni congruentissimum esset per aliquem interversum esse, refert. - 26 sept. 1834.-
43/83.

M.
P.
V.

N e m e s v i t a .

Mendicatoriae pro reparatione ecclesiae Ederics. - 10 maji 1740. - 3/94. 1769. ? ✓

Juditha Balhó pro transpositione Stefani Farkas in possessionem Ederics supplicat et eidem facultatem duas missas celebrandi concedi orat. - 9 julii 1755. - 3/8. ✓

Chritophorus Festetics fine exassignandi pro domo parochiali Ederics requisiti fundi interpellatur. - 28 nov. 1761. 3/95. ✓

Parochiani exponunt, quod parochia sua Vitaensis non sit neo-erecta, quod fundo in et extravillano sufficienter provisa sit, stolaria unice imminuta sint avulsionem ~~fixa~~ lialium Györök et Ederics, consequenter vel subsidium aliquod parochi resolvendum vel filiales reincorporari debent. - 4 dec. 1761. - 3/96. ✓ P. M.

Possio Meszes-Györök etiam erat parochiae Ederics filialis. Festetics exponit, quod in Meszersgyörök nulli fundi excindi possint pro parochi. - 31 dec. 1761. - 3/65.

Adest in cathalogo parochiarum districtus Tapolcensis. - 1775. - 6/4.

Visitatio parochiae. - 1778. - 6/5.

Inventarium ecclesiae et parochiae Vitaensis, necnon et Edericsensis. - 5 nov. 1778. - 6/202. ✓ P.

Adamus Horváth parochus Vitaensis praedecessori suo Joanni Nagy VAD-o Curgóensi nunc recte apud se commoranti petit concedi facultatem recenter erectam ecclesiam suam benedicendi. - 9 nov. 1778. - 6/203. ✓ P.

Parochus Horváth quoad ordinem Divinorum in Ederics scribit. - 6 febr. 1779. - 6/204. ✓ M.

Parochus Horváth querulose refert qualibet Joannes Farkas vineam quamdam promontorii Ederics per Gabrielem condam Farkas parochiae suae jure perennali cessam rehabere velit, instans pro jurium suorum protectione ac ordinis Divinorum determinatione. - 23 oct. 1779. - 6/205. ✓ P.

Emericus Magyar parochus de proventibus ecclesiae suae relationem facit. - 4 jan. 1802. - 17/119. ✓

Fundus instructus. - 1804. - 17/120. P. ✓

Parochus novam campanam benedici petit. - 20 nov. 1908. - 17/121. 1808. M. ✓

Litterae cambiales agri parochialis. - 3 oct. 1816. - 22/60. M.P. ✓

Parochus Magyar querelas Vitaensium de alternativa Divinorum in Vita et Ederics celebratione apud se dispositas notificans, rem quo ocyus ob metum malorum consevtariorum secus juxta rationum eorundem ad intus adtactam, subsequiturum decidi instat. - 25 sept. 1818. - 22/61. M. ✓

Parochus pro facultate juxta vigentem antiquitus consuetudinem in festo SS. Trinitatis in promontorio Becze encaenia iterum celebrandi recurrit. - Resp.: Memorata consuetudine per pie denatum Praesulem ex gravibus motivis sublata, illius ordinationi in hoc puncto se accommodandum venire. - 24 maji 1822. - 35/129. ✓

Parochus pro congrua capellani sui ex Cassa Dioec. gratuite resolvenda supplex est. - Resp.: Resoluti sunt annui 60 Flai. - 4 apr. 1832. - 35/130. M. ✓

VAD-o commissum, ut parochiam per resignationem Emerici Magyar vacantem, neomomnato parcho Francisco Salamon tradat. - Inventarium librorum parochiae. - 8 oct. 1832. - 35/131. ✓

N i k l a.

Alexius Baro de Réva possessionem suam ad Buzsák affiliari petit. - 1o jan. 1756. - 4/54.

Cottus de erigenda parochia in Nikla. - 1782. - 41/74.

Communitas Nikla et Csömendiensis instat pro parocho. - 1789. - 11/1o7.

Negotium possessionis Nikla in parochiam elevandae. - 2o maji 18o6. - 19/161.

Status activus et passivus ecclesiae. - 182o. - 24/91.

Vota communitatum Nikla et Csömend ecclesiae Marcali ad-diliari cupientium. - 25 aug. 182o. - 24/92.

M. P.
✓

N o s z l o p .

Intimatur Cottui Wespr. ordines datos esse, ut incolae lutherani hujates ad dependendam parochia suo catholico Devecseriensi stolam adstringantur; - ac super excessis qualiter enatis et a quo tempore vigentibus prout et de eo quantum videlicet hactenus stolae per helveticae confessionis ministrum levatae in summa efficiant, investigatio in concursu dioecesani peragatur. - Adjacet investigatio. - 31 jan. 1757. - 4/55. ✓ M.

Investigatio circa oratorium formam ecclesiae catholicae praeseferens, solutionem item praedicantii et ludimagistri e communibus proventibus fieri solitam demandatur. - Adjacet investigatio. - 10 sept. 1761. - 4/56. ✓ M.

Penes communicationem quaerulantium Noszlopiensium instantiae Eppi intimatur, quatenus ulteriorem in mutuo Dioecesani et Cottensis hominum concursu quoad legalitatem praehabita in Noszlop religionis acatholicorum exercitii investigationem peragi facere, et super inde genuinam informationem Consilio submittere velit. - 3 junii 1762. - 4/57. ✓ M.

Intimatur, ut quidquid per helveticos incolas Noszlopienses exhibitum porrectumque fuerit, acceptatur, id ipsum cum tota serie Consilio submittatur. - 17 junii 1762. - 4/58. ✓

Conscriptio proventuum parochiae submitti ordinatur. - Adjacet conscriptio. - 2 sept. 1766. - 4/59. ✓ P.

Intimatur teste submissa conscriptione nullam introducendo ad Noszlop parochia e Generali Parochorum Cassa subveniendi necessitatem subesse ~~videri~~ videri. - 15 dec. 1766. 4/60. ✓

Noszlopiensem novum praedicantem adduxerunt. - 8 maji 1765. - 5/140. ✓ M. ✓

Aedificatio domus parochialis. - 3 nov. 1785. - 5/141 ✓ M. ✓

In priori oratorio et publico suae religionis exercitio acatholici stabiliantur. - Cottus vero Wespr. et Eppus Jaurinensis ad dominum terrestrem diriguntur, ut cum eo de convenienti fundo pro ecclesia catholica, domo eorum introducendi parochi et ludimagistri exciendis sumptibusque pro decenter struenda ecclesia necessariis per eundem dominum terrestrem Carolum Eszterházy Eppum Agriensem pro suo gratia orthodoxam religionem zelo suppeditandis opportuna agerent. - 22 aug. 1768. - 4/61. ✓

De coemeterio Noszlopiensi recenter excisso informatio petitur. - 10 sept. 1770. - 4/62. ✓ M.P.

Praeattacta informatio de recenter exciso coemeterio iterato adirgetur. - 25 febr. 1771. - 4/63. (2)

Carolus Eszterházy Eppus Agriensis reflexiones suas quoad illegalitatem oratorii Noszlopiensis Eppo Jaurinensi submittit eosdem ad altiores instantias promoveri petit. - 21 apr. 1772. - 4/64. ✓ M.P.

Josefus Körmendy nomine etiam reliquorum fidelium pro pastore animarum instat. - 14 jan. 1778. - 7/104. ✓ M.

Responsa parochi ad puncta Visitationis Canonicae. - 6 maji 1779. - 7/105. ✓

Aedificatio domus parochialis. - 3 nov. 1785. - 5/141.

Inventarium supellectilium. - 16 apr. 1781. - 10/64. ✓

Stefanus Mészáros parochus difficultates suas quoad denegationem per Oroszienses avenae suae defalcationem complanari orat. - 11 nov. 1799. - 14/138. ✓ M.P.

Quietantia parochi super Flnis 3 xr 39 titulo bonificationis decedentium ab acatholicis praestationum pro semestri primo percepti. - 1800. - 14/139. ✓

Oroszienses pecuniam ecclesiae in ejusdem reparationem addici; omni tertio die dominica Divina celebrari apud se et negligentia ~~adituum~~ aedituorum litteras fundationales de agris ecclesiae sonantes periisse, fundum vero ecclesiae abalienatum refenerentes, investigationem institutum orant. - 1801. - 16/95. ✓ M.

Parochus Mészáros quoad instantiam Orosziensium reflexiones facit. - 18 jan. 1802. - 16/97. ✓

Parochus significat: abalienatum ecclesiae fundum revindicare non sine effectu attentasse. - 18 febr. 1802. - 16/98. ✓

Parochus in merito revindicationis fundi ecclesiae Orosziensis oculatam submittens: defectus in eadem commissos manifestat, supplicatque pro aliquo fundo ecclesiae ex integro reacquirendi modo sibi significando. - 1802. - 16/99. ✓ P. M.

Parochus nunc oblata per nobiles familiae Thury in recompensationem truncati per eundem fundi ecclesiae terrae num acceptare possit, inviari orat. - 9 aug. 1802. - 16/100. ✓

Parochus pro perficienda fornice sanctuarii neo-erectae ecclesiae Orosziensis sumptus e penu ejusdem resolvi orat. 20 febr. 1804. - 16/101. ✓

Pecunia ecclesiae Orosziensis pro perficienda fornice sanctuarii, incrusatione ac dealbatione hujus ejusdem ecclesiae in parte vel toto etiam, ita poscente necessitate, convertendi facultas data. - 29 febr. 1804. - 16/102. ✓

Parochus pro Josefo Körmeny petit facultatem exornandi lateralem unam aram in honorem Nominis Mariae cum tabernaculo. - 27 aug. 1805. - 16/103. ✓

Catalogus librorum parochiae. - 1807. - 16/104. ✓

Joannes Tegyei compossessor exclusam ex ecclesia BMV iconem illuc reduci instat. - 16 sept. 1817. - 23/68. ✓ M.

VAD commissam sibi in nexu instantiae Orosziensium fine ordinandi ad se omnibus diebus domini et festis cultus Divini supplicantium, relationem dat. - Resp.: Petitio aliter commode et apte satisfieri nequire, quam ordinando ad la-tus parochi cooperatore, de cujus intertentione Oroszienses cogitare bebebunt. - 25 oct. 1824. - 33/74. ✓ M.

Orosziensium instantiam hanc Eppo praesentatum ablegatis per Eppum coram declaratum fuit: ad id quod capellanum obtineant opus esse, ut annuam ejus dotationem in 150 Fl, conflantem habitationem remonstrent et praesto habeant. - 2 sept. 1829. - 33/75. ✓ M.

Post fata parochi Mészáros: cathalogus librorum parochiae, specificatio supellectilium et inventarium parochiae. - 1830. - 33/76.

P.
✓

Oroszienses pro exoperando congruae cooperatores supplicent. - 11 apr. 1830. - 33/77.

P. M.
✓

Antonius Vajda parochus pro exoperando congruae suae parochialis, per decessum ab interventa antecessoris sui morte proventuum ex filiali olim parochiae suae Salamon, ipsa hac possessione jam in parochiam elevati existente habitorum, enati notabilis defectus supplemento recurrit. - 12 apr. 1830. - 33/78.

✓

Supplementum congruae parochi parochialia antiqua existente denegatum. - 22 junii 1830. - 33/79.

✓

Parochus calices consecrari petit. - 18 julii 1830. - 33/80.

✓

Pafocho decedentes per exfiliationem Salamon proventus in 70 Fl 37 xr absque 50 percentuali adjuncta, exassignantur. 28 febr. 1832. - 33/81.

✓

Parochus nomine incolarum praedii Pölöske pro facultate erigendi oratorium recurrit. - 29 jun. 1833. - 33/82.

✓

Oroszienses ab Exc. Consilio intertentionem capellani ad Noszlop constituendi exorant. - Sine dato. - 33/83.

M.
✓

Parochus exhibet planum et sumptuum projectum erigendae ecclesiae Pölöskeensis. - 3 sept. 1833. - 33/84.

✓

VAD in negotio exstruendi sacelli Pölöskeensis depositam relationem praestat. - Planum ecclesiae. - Data est facultas erigendi ecclesiam. - 17 sept. 1833. - 33/85.

N.
✓

Reversales super conservationem ecclesiae Pölöskeensis. 20 apr. 1834. - 33/86.

P. M.
✓

Eppus pro adjuvanda ecclesiae Pölöskeensis structura 180 Flnos resolvit. - 8 maji 1834. - 33/87.

✓

N o v a .

Status ecclesiae et parochiae. - 1773. - 1/92. ✓

/Czimbál pictor Viennensis./